DISSERTATIO INAUGURALIS

DE JURIBUS

CAPITULORUM ECCLESIARUM METROPOLITICARUM ET CATHEDRALIUM IN GERMANIA

SEDE VACANTE

PRAECIPUE DE EORUM JURE MONETANDI.

QUAM

CUM SUBJUNCTIS EX UNIVERSO JURE POSITIONIBUS

CONSENTIENTE ILLUSTRI JURECONSULTORUM

ORDINE

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS RITE CONSEQUENDIS PUBLICAE ERUDITORUM CENSURAE SUBMITTIT

ELIAS ADAMUS de REIDER

BAMBERGENSIS,

INS. ECCLES. COLL. B. M. V. AD GRADUS MOG. CANONICUS.

A MEDIO NONAE

IN AULA ACADEMICA

DIE XIX. DECEMBR. A. MDCCLXXXVIII.

MOGUNTIAE,

Ex Typographeo Elect. Aul. Acad. privil. apud JOANN. JOSEPH. ALEF Haered. HAEFFNER.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Binf. 472 (5).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

OMNIBUS ET SINGULIS

REVERENDISSIMIS ET ILLUSTRISSIMIS

ECCLESIARUM METROPOLITANARUM

ET

CATHEDRALIUM

IN GERMANIA

CAPITULIS

HOC OPUSCULUM SACRUM ESTO.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

CAPUT I.

DE JURIBUS ECCLESIASTICIS CAPITULORUM ECCLESIARUM METROPOLITANARUM ET CATHEDRALIUM IN GERMANIA SEDE VACANTE.

§. I.

Occasio et scopus praesentis Dissertationis.

Quod Capitula Ecclesiarum metropolitanarum et cathedralium in Germania omni modo, et quidem partim intuitu nobilitatis personarum illa constituentium, partim quoad ordinis ecclesiastici dignitatem, partim denique ob multas praeeminentias, jura, privilegia, facultates, reditus, aliaque capita, illustria sint corpora ecclesiastica omni veneratione digna, nemo vel parum in rebus Germaniae ecclesiasticis versatus vocabit in dubium. Mirandum igitur revera est, quod neque speciales horum collegiorum in Germania origines, progressus, constitutiones, politiae et oeconomiae internae, instituta singularia, neque etiam insignia eorum jura et privilegia a viro rerum harum gnaro pro rei dignitate hactenus fuerint deducta *a*). Merito igitur quoad historiam horum Capitulorum scripsit Joh. David Koehler *in denen Münzbelustigungen* P. X. p. 418. „ Dieses ist ein „ gemeiner Hauptfehler in der Historie der Teutschen Bistümer, dass man nur „ das Leben der Bischöfe erzehlet, von der offt veränderten Beschaffenheit, und „ der zugenommenen Gewalt des Dohmcapituls aber wenig, oder nur obenhin, „ oder auch wohl gar nichts anführet, da doch bey der Verfassung der Hoch- „ stiffter dasselbe keine Null ausmacht, sondern gar viel zu sagen hat, und ge- „ wisslich noch mehr Bistümer würden saecularisiret geworden seyn, wann die „ in Zeiten sich geäusserte kluge Vorsicht des Dohm-Capituls solches nicht ver- „ hüthet hätte. Man trifft auch die Wappen der Bistümer in allen zur Stiffter- „ Historie gehörigen Büchern an, die besondern Wappen der Dohm-Capitul „ aber

a) Pauca quaedam generalia de iis protulere Joh. Adam ab Ickstatt in alleganda paulo post Disquisitione Cap. I. §. 1. et seqq. Opuscul. jurid. Tomo II. p. 376. et F. A. Posse in scripto edito A. 1787 sub titulo: *Ueber Grundherrschaft, und Wahlcapitulationen der deutschen Domcapitel* I. Abtheilung II. Abschnitt p. 29. et seqq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„ aber findet man selten beschrieben, da doch dieselben gar öffters von denen „ Bischöflichen unterschieden sind *b*).

Quod autem concernit jura horum Capitulorum, enatae quidem sunt jam prioribus temporibus frequentes Archiepiscopos et Episcopos inter et eorum Capitula controversiae *c*), et occasione illarum varia etiam ex utraque parte prodierunt scripta, verum maxima ex parte (nisi quaedam deductiones noviores excipiantur) nonnisi ex glossatoribus antiquis, ex vulgaribus, extraneisque plerumque Canonistis, non autem ex genuinis juris ecclesiastici germanici fontibus hausta fuerunt, adeoque non magni momenti, et in genere jura Capitulorum in Germania manserunt indefensa. Duo autem potissimum scripta Capitulis multum praejudiciosa et infensa prodierunt, quorum primum sub finem prioris seculi A. 1697 Herbipoli editum fuit sub titulo: *Factum et jus juramenti episcopalis* etc. sive *Capitulationis novissimae opera et pastorali sollicitudine Joannis Godefridi Episcopi Herbipol. auctoritate Ssmi Dni nostri D. Innocentii PP. XII. reprobati, cassati et annullati* etc., alterum autem a Professore quondam herbipolensi JOANNE ADAMO AB ICKSTATT divulgatum fuit sub titulo: *De Capitulorum Metropolitanorum et Cathedralium, Archi- et Episcopatuum Germaniae origine, progressu et juribus, regimine praesertim territoriali interimistico sede vacante, ejusque usu et abusu.* Quod scriptum exstat inter *Opuscula* hujus auctoris *juridica* Tomo II. Opusculo VII. Utrumque scriptum multum tulit applausum penes Capitulorum praedictorum adversarios, ultimum potissimum tanquam Palladium a multis Jureconsultis et Canonistis fuit susceptum, et hactenus in defectu meliorum notitiarum pro filo ariadnaeo in determinandis restringendisque juribus Capitulorum, et pro norma decidendarum controversiarum Episcopos inter et eorum Capitula enatarum in judiciis etiam inserviit: non igitur mirandum, si Capitula memorata, quae tantos hodiernis temporibus experiuntur adversarios, nunc etiam de juribus suis, quae ab aliis inique tanquam abusus et innovationes proclamantur, tuendis magisque

b) Insignia haec Capitulorum metropoliticorum et cathedralium potissimum eruuntur ex numis eorum sede vacante cusis, de quibus infra, et ex Calendariis Insignium Canonicorum praedictarum Ecclesiarum vulgo *Wappenkalender*: quae praeclarum saepius praestant in probanda nobilitate avita emolumentum. Non inutilem operam navaret ille, qui scriberet Dissertationem *de Insignibus et Sigillis Capitulorum Ecclesiarum metropoliticarum et cathedralium in Germania.*

c) Controversiae tales enatae sunt inter Archi- et Episcopos colonienses, trevirenses, bambergenses, würceburgenses, spirenses, et alios, eorumque Capitula, et quidem partim circa jura a Capitulis durante regimine episcopali exercenda, partim circa jurisdictionem Capitulorum, circa Capitulationes archi- et episcopales, partim circa jura Capitulorum sede vacante, partim circa jura spolii, visitationes, nec non exemtiones Capitulorum et similia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

que ſolidandis cogitent *d)*; ut autem et meam ſymbolam amore ſolius veritatis et reverentiae ergo conferam, ſic absque omni aliorum praejudicio edendi ſolummodo ſpeciminis academici loco, quin me particularibus controverſiis immiſceam, Thema *de juribus Capitulorum metropolitanorum et cathedralium ſede vacante e)* mihi

---

d) Cum novioribus temporibus multa variorum Electoratuum, Principatuum, Civitatum Imperii et monaſteriorum, nec non Praelatorum Imperii immediatorum, Nobilitatis immediatae, imo et Pagorum Imperii ſyſtemata juris publici fuerint compoſita, merito quoque *Jus publicum Capitulorum metropoliticorum et cathedralium Germaniae* ſcribendum foret; ut hoc autem pro rei dignitate praeſtetur, opus eſt calamo viri, qui partim in hiſtoria eccleſiaſtica univerſali, et in ſpecie germanica, partim in jure canonico communi, potiſſimum autem in jure eccleſiaſtico germanico tam publico quam privato apprime eſt verſatus, rei beneficiariae germanicae gnarus, et in ipſis rerum argumentis formam et oeconomiam internam horum Capitulorum jam fuit ſcrutatus, hic ſolus neceſſariis ſubſidiis literariis et documentis archivalibus inſtructus communicato cum eruditioribus Capitulorum ſyndicis conſilio tali operi elaborando par eſſet.

e) *Sedis vacantiam* ſumimus hoc loco in ſenſu proprio, ſcilicet ſi ſedes archi- vel epiſcopalis ita vacet, ut Neoarchiepiſcopus vel Epiſcopus ſit conſtituendus, adeoque ſi ſedes vacet vel a) morte Epiſcopi naturali, vel b) reſignatione, vel c) translatione ad alium Epiſcopatum, vel d) depoſitione legitime facta, vel e) ſi Epiſcopus contraxit matrimonium, vel denique f) ex legibus Imperii, et quidem ex *Inſtrumento Pacis Osnabrugenſis* Art. V. §. 15. et ex *Reſervato eccleſiaſtico*, ſi Archiepiſcopus vel Epiſcopus relictis ſacris catholicis ad Proteſtantes transierit: vacat autem ordinarie ſedes epiſcopalis a die notae vacationis vi Cap. 41. X. *de Elect.* etc. ſaltem tribus menſibus, intra quod temporis ſpatium juſto alio impedimento ceſſante eligendus vel poſtulandus eſt Neoepiſcopus ſub poena amiſſionis juris eligendi; poſſunt autem accedere impedimenta, ut ſine Capituli culpa intra praeſcriptum in canonibus tempus non poſſit provideri Eccleſiae viduatae de novo ſponſo, adeoque hoc in caſu longiori tempore ultra conſuetum trimeſtrem terminum ſedes vacare poteſt. Cap. 41. X. *de electione et electi poteſt*, nec confundenda eſt *ſedes* licet ultra trimeſtre conſuetum *vacans* cum ſede impedita, prout fecit J. H. Boehmer in Diſſ. *de juribus Capituli ſede impedita*, cujus artificio, prout ipſe C. I. §. XXII. ait, terminus *ſedis impeditae* in ſenſu boehmeriano *ex noviori demum exivit fabrica*, quique §. XXIII. *ſedem impeditam* definivit, *quod ſit legitime ac juſte impedita electio vel poſtulatio capitis ſive Epiſcopi a Capitulo alias intra trimeſtre ſpatium peragenda, ita ut propter illud impedimentum emergens jus eligendi non fiat caducum, nec devolvatur ad ſuperiorem, interim tamen penes ipſum Capitulum maneat regimen Eccleſiae dioeceſanum.* Verum etiam in hoc caſu non mutatur ſedis vacantis natura, ſed eſt, et manet *ſedes vacans* ob defectum Epiſcopi, nec etiam in hisce circumſtantiis ceſſat, prout vult Boehmerus, titulus Decretalium: *ne ſede vacante aliquid innovetur*, nec Capitula majora nanciſcuntur jura, ſed regimen Capituli ſaltem ultra trimeſtre ad longius tempus protenditur, quin allegatae a Boehmero §. 14. differentiae inter ſedem impeditam in ſenſu boehmeriano, et ſedem vacantem ullam mereantur conſiderationem, ſedes autem impedita proprie eſt, ubi quidem adeſt Epiſcopus, verum hic ob impedimentum aliquod poteſtatem epiſcopalem exercere nequit, veluti, a) ob mino-

 renni-

mihi ſelegi; Argumentum hoc in tria diviſi capita, quorum *primum* jura horum Capitulorum in Eccleſiaſticis, *ſecundum* jura in Secularibus, *tertium* denique in ſpecie jus monetandi eorum ſiſtet. An ſolidi aliquid praeſtiterim, eruditus Lector a partium ſtudio alienus determinabit.

§. II.

Sede vacante in Capitula cathedralia transeunt omnia jura epiſcopalia.

Quod autem concernit jura praedictorum Capitulorum ſede vacante *a*) circa Eccleſiaſtica, pro fundamento ſtabilienda eſt illa in jure communi eccleſiaſtico ſatis firmata et a ſanis Canoniſtis adoptata regula, quod *in theſi* in Capitula cathedralia omnia ſede vacante *b*) transeant jura epiſcopalia *c*), exceptis illis, quae per Canones expreſſe futuro reſervantur Epiſcopo *d*), vel a conſecratione epiſcopali, aut

---

rennitatem, b) ob diuturnam abſentiam extra dioeceſin, quae in medio aevo frequens admodum fuit, dum Epiſcopi Germaniae peregrinati ſunt in terram ſanctam, vel interfnerunt bellis cruciatis etc. vel c) ob captivitatem, qui caſus etiam tempore diffidationum frequens fuit, unde olim praefecti caſtrorum ad Epiſcopatus ſpectantium, militesque caſtrenſes ſeu Burgmanni ſimul Capitulis jurato promittere tenebantur, quod in caſu, ſi caperetur Epiſcopus, Capitulis cathedralibus velint praeſtare fidelitatem, in his autem caſibus non eſt *ſedes vacans*, ſed *ſedes plena* quidem, aſt *impedita*.

a) *De poteſtate Capitulorum ſede vacante* ſcripſere Formosinus, Leurenius, Zaloskowskius, aliique, quoad hosce autem bene obſervavit Ickstatt in citata *Disquiſit.* l. c. p. 406., quod non omnia, quae de Italiae, Hiſpaniae, Galliae, aliorumque regnorum Capitulis metropolitanis et cathedralibus ab illis auctoribus bene ſcripta ſunt, ſine diſtinctione ad Germaniam applicari poſſint, licet et ipſe Ickstattius ſua ex parte in multis aliis hujus argumenti capitibus aberrarit.

b) Illa jura, quae competunt Capitulis metropoliticis et cathedralibus ſede vacante, etiam caeteris paribus ex identitate rationis illis competunt *ſede ſic dicta impedita*, recte enim ab uno caſu argumentamur ad alium.

c) Regula haec fundatur tam in jure canonico communi Cap. II et 14. *de Majorit. et obedient.* Cap. un. eod. in 6., Cap. 3. *de ſupplend. neglig. Praelat.* in 6., quam etiam in legibus Imperii, et quidem in *Inſtrumento pacis osnabrug.* Art. V. §. 17., ubi ſtatutum fuit, *ut libera ſit ubique Capitulo . . . ſede vacante adminiſtratio et jurium epiſcopalium exercitium.*

d) Sic licet ad jura epiſcopalia ſpectet collatio beneficiorum, non tamen poſſunt Capitula in regula conferre beneficia ad collationem Epiſcoporum proprio jure ſeu privative ſpectantia. Cap. 2. X. *ne ſede vacante*, et Cap. 1. *de inſtitut.* in 6., non autem genuina ratio hujus conſtitutionis eſt illa, quam allegat Ickstatt „*quoniam ſcilicet* „ *quam maxime intereſt Eccleſiae dignos et ſcientia conſpicuos habere Clericos, qui be-* „ *neficiis fruantur, cujus rei examen haud temere alii praeter Epiſcopum indulgendum*" Capi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aut ſpeciali delegatione ab homine vel Pontifice facta e) dependent, adeoque quod proſpicere potiſſimum queant, imo teneantur Capitula Eccleſiis viduatis in omnibus

Capitulum enim tam bene, ac Epiſcopus, qui in propria perſona in qualitates beneficiandi non inquirit, per commiſſarios inſtituere poteſt hoc examen: de caetero tamen neceſſitas Eccleſiae, prout infra dicetur, facere poteſt exceptionem: fingunt autem Canoniſtae plerumque a regula, *quod ſede vacante in Capitula transeant jura epiſcopalia*, multas exceptiones ſine canonibus, multosque caſus conglomerant, in quibus volunt Capitula jura epiſcopalia exercere haud poſſe; verum pugnat pro Capitulis regula et praeſumtio juris generalis in Cap. 14. *de majorit. et obedient.* reliquisque allegatis Canonibus, uti et citato *Inſtrumento pacis Osnabrug.* Art. V. §. 17. ſolidata, donec clara in legibus eccleſiaſticis fundata probetur exceptio.

e) Si ſcilicet delegatio a Pontifice facta ad Epiſcopi perſonam praeciſe reſtricta fuerit, quod ex tenore inſtrumenti delegationis eruendum eſt; refert eo curia romana facultates ſic dictas Archi- et Epiſcopis concedi ſolitas, cum in his perſonae reſpectus interveniat, vel epiſcopalis dignitas in conſiderationem veniat, et inde in facultatibus a moderno Pontifice Pio VI. Archiepiſcopo cuidam conceſſis, quae exſtant inter adjuncta ſub lit. G. *ſcripti*, quod prodiit A. 1787. ſub titulo: *Ueber das injuſtificirliche Schreiben, welches der Damiatiſche Herr Erzbiſchof Pacca, ſo betitelter Nuncius zu Kölln an alle Pfarrer und Seelſorger der hohen Erzdioeceſen Mainz, Trier und Kölln vor kurzem unmittelbar zu erlaſſen ſich unterfangen hat.* p. 104. *XXma facultas* conſiſtit in poteſtate „*communicandi has facultates in totum, vel in parte, prout opus* „ *eſſe ſecundum ejus conſcientiam judicaverit, ſacerdotibus idoneis in converſione ani-* „ *marum laborantibus, et praeſertim tempore ſui obitus, ut ſede vacante ſit, qui poſſit* „ *ſupplere, donec Sedes Apoſtolica certior facta, quod quamprimum fieri debebit per* „ *delegatos, aut per unum ex eis alio modo provideat.*" Alias enim, ſi Epiſcopatui magis, quam perſonae Epiſcopi factae ſint delegationes, ſubintrat etiam Capitulum in delegata Epiſcopo a Pontifice poteſtate; exemplum eatenus ſe prodit quoad conſtitutiones Procancellariorum Univerſitatum ad conferendos honores academicos; contulerunt quippe Pontifices vi reſervati ſui pontificii cum ipſis ſtudiis generalibus enati, et usque ad noviſſima tempora continuati Univerſitatibus, ſicut in aliis regnis, ita et in Germania diplomata honorum academicorum collativa, exceptis illis Academiis potiſſimum proteſtanticis, quas a tempore Caroli V. Imperatores ex reſervato caeſareo talibus privilegiis muniverunt: Pontifices autem, qui ipſi ubique honores academicos conferre haud poterant, ad illos auctoritate pontificia conferendos denominarunt Cancellarios academicos, ut hi vel immediate in propriis perſonis, vel per Procancellarios aut ſubſtitutos repraeſentarent Pontifices, et auctoritate apoſtolica candidatis a Facultatibus Univerſitatum eatenus praeſentatis conferrent dignitates academicas; haec Cancellariorum academicorum munera contulere Pontifices etiam quandoque Archiepiſcopis et Epiſcopis: ſic Academiae lipſienſis Cancellarius fuit Epiſcopus martisburgenſis, gryphiswaldenſis Epiſcopus caminenſis, baſileenſis Epiſcopus baſileenſis, roſtochienſis Epiſcopus ſuerinenſis, viadrinae Epiſcopus lebuſienſis, prout refert Bernardus a Mallinkrot *de Archicancellariis Imperii* L. 2. C. 6., quibus Epiſcopatibus autem ſecularisatis pontificia Cancellariorum academicorum officia quoque exſpirarunt. Verum ſuperſunt adhuc hodie quidam Archi- et Epiſcopi Academiarum Cancellarii, et quidem Academiarum Erfordienſis et Trevirenſis Cancellarii ſunt reſpective Archiepiſcopi Moguntinus et Trevirenſis. Conf. Nelleri Actus promotionis docto-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bus illis, quae neceſſitas vel utilitas Eccleſiarum pro circumſtantiarum ratione exigunt. Inter jura epiſcopalia autem praeprimis ſpectant *primo* jurisdictio eccleſiaſtica *f*) et *ſecundo* jus dioeceſanum *g*). Quod priorem concernit, ſequitur ex ſupra

doctoralis Trevirenſis Joannis Michaëlis de Pidoll editus A. 1756. ſub titulo: *Reliquiae cogitationis* etc. *in feriis Electionis Joannis Philippi Trevirorum Archiepiſcopi almae et antiquiſſimae Univerſitatis trevirenſis Cancellarii nati*, et ſicut illius hodie Vicecancellarius eſt ejus Vicarius generalis in pontificalibus per Thuringiam, Haſſiam et Eichsfeldiam Erfordiae ſedens (Conf. Reverendiſſimi WÜRDTWEINII *ſubſidia nova eccleſiaſtica* T. VIII. in praef. p. XXXVI. n. 44.), ſic hujus Procancellarius eſt Suffraganeus trevirenſis, ſedens Treviris, ingolſtadienſis autem Univerſitatis Cancellarius eſt Epiſcopus eichſtettenſis, qui ſibi quoque ſubſtituit Procancellarium ex Profeſſoribus praedictae Univerſitatis. Confer. *Annales Academiae ingolſtadienſis* P. IV. N. XI. p. 47.; licet autem hisce Archi- et Epiſcopis a Pontifice delegatum ſit jus conferendi gradus academicos in praedictis Univerſitatibus, poterunt tamen et Capitula harum Eccleſiarum mortuis ſede vacante Procancellariis alios denominare, vel ſubſtituere Vicarios interemiſticos, qui auctoritate pontificia conferant honores academicos: facultas haec enim conceſſa fuit omnibus pro tempore Archi- et Epiſcopis ſimpliciter, ita ut ſint quaſi Cancellarii nati et perpetui, non autem per modum delegationis perſonalis, ſeu habito reſpectu ad ſinguli perſonam; ea vero, quae a Pontificibus ſimpliciter et in genere Epiſcopis alicujus Eccleſiae univerſis ſine ſpeciali perſonae individualis reſpectu delegantur, exercent quoque Capitula, quia repraeſentant ſede vacante Epiſcopos. Cap. 3. *de ſupplenda neglig. Praelat.* in 6. Conf. catenus J. H. BOEHMER in Diſſ. *de Juribus Capituli ſede impedita.* Cap. III. §. XI. exceptio foret, niſi ipſe Pontifex pro ſedis vacantia ſingularem feciſſet ordinationem ratione collationis honorum academicorum.

f) Jurisdictio eccleſiaſtica, vocabulum homonymum, in diverſo ſignificatu ſumitur a Canoniſtis et Publiciſtis, et quidem 1) in ſenſu latiſſimo *pro complexu omnium jurium epiſcopalium*, conſequenter et comprehendit *jus dioeceſanum*, et in hoc ſenſu vi Cap. 14. de *majorit. et obedient.*, Cap. penult. et ult. *de ſuppl. neglig. Praelat.* in 6. Cap. 1. *de Inſtit.* in 6. et ex diſpoſitione *Tridentini* Seſſ. VII. *de reformat.* C. 10. et Seſſ. XXIII. C. 10. Capitula cathedralia ſuccedunt ſede vacante in omnem jurisdictionem epiſcopalem; pariter in hoc ſenſu aliquoties ſumitur vocabulum *Jurisdictio* in Inſtrumento pacis, 2) in ſenſu latiori per jurisdictionem eccleſiaſticam intelligitur omne illud, quod a judice eccleſiaſtico qua tali exerceri poteſt, adeoque comprehendit non ſolum jurisdictionem contentioſam, ubi adeſt contradictor, ſed et voluntariam, e. g. jus confirmandi actus eccleſiaſticos. 3) Denique ſumitur in ſenſu ſtricto pro ſola contentioſa ſeu poteſtate epiſcopali jus dicendi inter partes litigantes, ſeu cognoſcendi, judicandi et exſequendi cauſſas eccleſiaſticas controverſas, vel etiam civiles inter perſonas eccleſiaſticas.

g) *Jus dioeceſanum*, prout hic ſumitur diſtinctum a jurisdictione epiſcopali contentioſa, comprehendit omnium reliquorum jurium epiſcopalium complexum praeter jurisdictionem eccleſiaſticam competentium ex poteſtate epiſcopali: alii autem per jus dioeceſanum vel legem dioeceſanam intelligunt jura utilia, quae Epiſcopis competunt, et in recipiendo conſiſtunt, veluti cathedraticum, ſeu ſynodale, charitativum ſubſidium, procurationes et ſimilia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſupra ſtabilita regula, quod ſede vacante ad Capitula transeat omnis jurisdictio epiſcopalis, et quidem non ſolum contentioſa, ſed et voluntaria, quam etiam ſecundum formam in dioeceſi receptam reſpective tam in prima, quam in ſecunda inſtantia, adhibitis etiam iisdem, quibus Epiſcopi in vivis uſi ſunt, organis exercent *h*). Tenentur Dicaſteria eccleſiaſtica et Vicariatus epiſcopales ſede vacante in omnibus cauſis, in quibus alias ſede plena Epiſcopis referendum eſt, referre Capitulis cathedralibus, et exſpectare eatenus eorum reſoluta. Simili ratione actus voluntariae jurisdictionis eccleſiaſticae, et juris dioeceſani exercere poſſunt Capitula ſaepe dicta: veluti quascunque collegiatas, earumque Capitula, parochiales aliasque Eccleſias et perſonas, atque ſexus utriusque monaſteria, hoſpitalia, et confraternitates viſitare, Praelatorum, aliorumque Clericorum quorumcunque defectus corrigere, mittere ad electiones Praepoſitorum, ubi receptum, Abbatum et Abbatiſſarum Commiſſarios electosque confirmare, proclamationes matrimoniales remittere, dispenſare in gradibus prohibitis *i*), et quoad ordinandos ſuper interſtitiis, defectu aetatis, et natalium, nec non generaliter ſuper irregularitatibus et ſuspenſionibus dispenſare, a caſibus Epiſcopis alias reſervatis et cenſuris abſolvere, ordinandos et ſacerdotes ad confeſſiones et eccleſiaſtica beneficia admittendos examinare

---

h) Pro diverſitate dioeceſium variat etiam modus exercendi jurisdictionem epiſcopalem, in aliis unum ſaltem eſt judicium eccleſiaſticum, quod ſub diverſis venit nominibus, veluti ſub nomine *Ordinariatus*, *Vicariatus generalis*, *Conſiſtorii*, *vel Officialatus*; in aliis pro prima inſtantia inſerviunt judicia archidiaconalia, a quibus appellatur ad Officialatus, alibi ſunt pro prima inſtantia partim Commiſſariatus eccleſiaſtici, partim ſeparata ſic dicta judicia eccleſiaſtica, pro ſecunda autem Vicariatus generales, alibi ſunt particularia judicia quoad ſolas cauſſas matrimoniales *Ehegerichten*, quoad cauſſas teſtamentarias et ſucceſſorias Clericorum etc. alibi praeter judicia eccleſiaſtica ſunt Regimina eccleſiaſtica *geiſtliche Regierungen* in quibus ea ſolum, quae ad jus dioeceſanum ſupra deſcriptum vel ad jurisdictionem eccleſiaſticam voluntariam ſpectant, pertractantur, alibi autem in uno eodemque Conſiſtorio eccleſiaſtico omnia jura epiſcopalia tam quoad jurisdictionem contentioſam, quam quoad jura dioeceſana exercentur; alibi Officialatus exercent ſolummodo jurisdictionem eccleſiaſticam, alibi autem etiam in civilibus cum judiciis ſecularibus et aulicis concurrentem habent jurisdictionem.

i) In *Tridentino* Seſſ. XXIV. Cap. V. de *reform. matrim.* ſtatutum ſaltem eſt: *in contrahendis matrimoniis* (ſcilicet ultra gradus tam quoad conſanguinitatem, quam affinitatem de jure communi canonico permiſſos) *vel nulla detur dispenſatio vel raro*, *idque ex cauſa et gratis concedatur*, *in ſecundo gradu nunquam dispenſetur*, *niſi inter magnos Principes*, *et ob publicam cauſam.* Haec praeſcripta ſunt tam Pontifici, quam Epiſcopis pro re nata, conſequenter nec ab illo, nec ab his pecuniae pro dispenſatione in gradibus prohibitis poſſunt exigi; dum autem quaeritur: *in quibus gradibus prohibitis dispenſare poſſit Capitulum cathedrale ſede vacante?* reſpondetur: in quibus gradibus potuit dispenſare Epiſcopus jure ordinario, in iisdem poteſt quoque dispenſare Capitulum cathedrale ſede vacante.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

examinare et approbare, ad beneficia praesentatos instituere, beneficiorum permutationes et simplices resignationes admittere, pensiones super iis imponere etc.; competit porro Capitulis testamentorum et ad pias caussas dispositionum exsecutio et pro re nata synodorum convocatio *k*), cathedratici vel synodatici consueti, nec non procurationum pro circumstantiis exactio, et collectarum in subsidium charitativum indictio, quatenus haec jura ex observantia in dioecesi vigent. Quoad jus publicum Imperii ea quoque, quae Art. V. §. 48. Instrumenti pacis intuitu Episcoporum disposita sunt, transeunt in Capitula sede vacante scilicet: „ad consequendos reditus, census, decimas, et pensiones in iis A. C. Statuum ditionibus, ubi Catholici A. 1624. notorie in possessione vel quasi exercitii jurisdictionis ecclesiasticae fuerant, utantur eadem posthac quoque, sed nonnisi in exigendis hisce pensionibus, nec procedatur ad excommunicationem, nisi post tertiam demum denunciationem. Catholicorum A. C. addicti status provinciales et subditi, qui A. 1624 ecclesiasticam jurisdictionem agnoverunt, in iis casibus modo dictae jurisdictioni subsint, qui augustanam confessionem nullatenus concernunt, modo ipsis occasione processus nihil injungatur augustanae confessioni vel conscientiae repugnans. Eodem etiam jure A. C. Magistratuum catholici subditi censeantur, inque hos, qui A. 1624 publicum catholicae religionis exercitium habuerunt, jus dioecesanum, quatenus illud Episcopi dicto anno quiete in eos exercuerunt, salvum esto."

Inter

---

k) Quemadmodum autem Capitula sede vacante synodos convocare possunt, sic etiam, quia suas repraesentant Ecclesias, nomine illarum comparent in Conciliis provincialibus ab Archiepiscopis indictis, prout multa se produnt eatenus exempla, sic dum A. 1440. mense Aprili Theodericus Archiepiscopus moguntinus ad celebrandum Aschaffenburgi in crastino Assumtionis B. Mariae Virg. Concilium provinciale in causa schismatis in Ecclesia universali tum temporis adhuc vigentis suos Suffraganeos convocaverat. Vid. *Instrumentum convocationis* in GUDENUS Tomo IV. *Cod. diplom.* p. 262. et seqq. et hoc convocationis instrumentum quoque ad Capitulum cathedrale paderbornense sede tum temporis vacante transmissum fuit, quod sequentes dedit responsorias: „Orationes devotas cum debitis voluntatis obsequiis in omnibus praeparatas. Rdme Pater, et Dne gratiosissime! Sicut nobis vestris litteris certum provinciale Concilium in civitate vestra Aschaffenburgensi celebrandum fecistis intimare, ita nuncius vester nobis in festo beati Viti Martyris in civitate nostra Padeburnensi easdem praesentavit, nosque Deo dante ad terminum praefixum nostros amicos instructos curabimus ad locum per vos nobis intimatum destinare, dummodo impedimentum omnino legitimum nobis non occurrat nos impediens, supplicamus etiam, vos Ecclesiam nostram ut dignemini habere recommendatam, et manutenere velle, ut non diffidimus, hoc erga vestram gratiosissimam paternitatem, quam dnus noster Jesus Christus longeve conservare dignetur, libentissime volumus promereri. Scriptum Padeburnen nostro sub secreto Anno etc. quadragesimo in profesto Beati Viti Martyris. Praepositus, Decanus et Capitulum Ecclesie Padeburnensis."

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Inter praecipua vero jura episcopalia numeranda est A) potestas legislativa ecclesiastica, quae et pleno jure transit sede vacante in Capitula metropolitica et cathedralia, consequenter possunt pro utilitate Ecclesiae Episcoporum constitutiones ecclesiasticas non usu obliteratas renovare *l)*, modificare, vel etiam plane abrogare, condere novas ordinationes circa rem judiciariam ecclesiasticam, circa cultum divinum externum, circa rem liturgicam et similia, si Ecclesiae utilitas id exigat; paucis: omnia, quae Episcopi jure ordinario exercent, more in dioecesi recepto vel per Vicarium in spiritualibus generalem, noviter delegatum *m)*, vel confirmatum, vel

l) Sic Capitulum cathedrale spirense sede vacante A. 1513. innovavit Philippi Episcopi spirensis et ejus praedecessorum ordinationes synodales in Rev. Würdtwein *Subsidiis novis diplomat. ad selecta Juris ecclesiast. germ. Capita* Tomo VIII. N. XLV. p. 348. cujus constitutionis capitularis hoc est initium: „Decanus et Capitulum Ecclesiae Spirensis, *ad quos totalis Jurisdictio ordinaria sede episcopali vacante pleno jure spectare dignoscitur*, universis et singulis personis ecclesiasticis, totique Clero civitatis et dioecesis spirensis aeternam in Domino salutem, et nostris hujusmodi monitionibus, exhortationibus et mandatis firmiter obedire cté." Optandum foret, ut a tempore cessantium synodorum dioecesanarum non solum constitutiones ecclesiasticae Episcoporum Germaniae, sed et Capitulorum sede vacante colligerentur tanquam subsidia Juris ecclesiastici germanici.

m) Pro exemplo inserviunt literae patentes, quas emisit Capitulum cathedrale frisingense sede vacante, d. d. 17. Nov. 1768. sequentis tenoris: „Wir Ludwig Joseph Freyherr von Welden etc. Domprobst, Joseph Aloysi Frantz Freyherr von Edelweck etc. Domdechant, dann Christoph Frantz Aloysi Benno Freyherr von Ecker Scholasticus *dann allgemeines sede vacante regierendes Domcapitel des fürstl. Hochstifts Freysingen*

„Entbiethen hiermit all- und jeden Aebten, Pröbsten, Decanen, Prioren, Guardianen, Pfarrern, Pfarrverwesern, Cooperatoribus, und gesamten Clero des Bistums Freysingen unsern Grus, und gnädigen Willen zuvor.

„Demnach das fürstl. Hochstift Freysing auf hiezeitliches Ableben des durchläuchtigsten Fürsten und Bischofen zu Augspurg Josephi Landgrafen zu Hessen-Darmstadt etc. höchstseel. Angedenkens in Gefolg der von Seiner glorwürdigst regierenden Päbstl. Heiligkeit auf das churfürstl. Erzstift Trier beschehenen Translation unsers gewest gnädigsten Fürsten und Herrn Ordinarii Clementis Wenceslai etc. erlediget worden, *sohin die Regierung des Hochstifts auf Uns gefallen*, und Wir in gefolg dessen nach Anordnung der geistlichen Rechten, und des heiligen tridentinischen Concilii zu einen Vicarium capitularem in Spiritualibus generalem den Hochwürdig-Hochwohlgebohrnen Herrn Ludwig Joseph Freyherrn von Welden allhiesigen Domprobsten und Domcapitularn, dann geistlichen Raths-Präsidenten und Probsten zu Isen erwehlet und ernennet haben, als haben wir ein solches denenselben hiemit zur Nachricht ertheilen, nebstbey auch die Titulatur, wie solche an die geistliche Regierung zu stylisiren, übermachen lassen wollen, so die Vorgesetzte ihren Untergebenen zu notificiren wissen werden. Gegeben Freysingen den 17. Nov. 1768.

„Ex commissione *Rdmi regnantis Capituli Ecclesiae cathedr.*

(L. S.) Erdmannus Indobler
Consil. et Secret.

vel mediate per Vicariatum generalem, vel immediate exercent; praeterea possunt Capitula pro circumstantiis judicia ecclesiastica reformare, novos eosque dignos constituere consiliarios ecclesiasticos, alios justis ex causis praevia causae cognitione dimittere, commissiones perpetuas in ecclesiasticis ab Episcopis constitutas moventibus ex causis abolere, ordinare necessaria circa personam et qualitates Vicarii generalis in spiritualibus, et similia. Praeterea

B) quia illa, quae *a jure* Episcopis delegata sunt, in effectu nihil aliud sunt, quam ipsa jura episcopalia ordinaria pro re nata postliminio restituta, prout talis delegatio a Tridentino respectu monasteriorum exemtorum Episcopis facta est, sic et sequitur, quod haec jura sede vacante pariter transeant in Capitula cathedralia, adeoque quod etiam visitare possint in suis dioecesibus monasteria exemta, et omnia illa peragere, quae alias eatenus Episcopis ex jure fuere concessa *n*).

C) Li-

Titulatur: „Denen Hochwürdigen, Hochwohlgebohrnen, Hochedelgebohrnen, auch „Wohledel- und Hochgelehrten *von einem der Zeit regierenden Domcapitel in „Freysingen* verordneten Herrn Präsidenten, Vicario generali, und übrigen zu „den geistlichen Sachen deputirten Räthen meinen gnädig hochgebietenden „Herrn."

n) Quoad jura episcopalia Canonistae Germaniae in duas abeunt partes: antiquorum Canonistarum systema eo redit, quod a) Episcopi quidem constituti sint etiam iure divino ad regendas suas respective dioeceses, quae simul sumtae constituunt universalem Ecclesiam, quod autem b) Episcopi in regula non sint independentes a Pontifice Ecclesiam universalem gubernante, sed tam quoad personas, cum a Pontifice ob delicta suspendi, excommunicari et deponi possint, quam etiam quoad jura episcopalia et jurisdictionem, cum ab eorum sententiis potissimum in caussis majoribus jam a temporibus Concilii sardicensis et ultra appellari possit ad Pontificem, sint subordinati; quod c) Pontifices non unice inducti falsis Isidori Decretalibus, sed nonnisi pro utilitate totius Ecclesiae ad tollendos abusus commissos citra ullam usurpationem potuerint sibi reservare jura quaedam, quae olim etiam Episcopi exercuerant; quod d) haec reservata pontificia accidentalia, sicut ipsae leges ecclesiasticae a Pontifice latae firmitatem suam et robur obtinuerint vel per expressum omnium totius orbis catholici Episcoporum consensum, prout ex Tridentino constat, vel per consensum tacitum, dum haud major Episcoporum pars, multo magis, si nullus eorum reclamavit, sed omnes agnovere haec reservata petendo partim indulta, partim litigantes aut supplicantes in ejusmodi caussis ad Pontificem remittendo; quod e) jura haec a Pontificibus multis seculis possessa et sine contradictione exercita illis invitis non amplius possint auferri, nisi accedente iterum consensu expresso vel tacito majoris partis Episcoporum orbis catholici. Quod igitur ne quidem Episcopi totius alicujus nationis, multo minus quidam singuli Ecclesiam universalem haud repraesentantes possint esse judices in propria caussa, nec queant ab exsecutione litem inchoare, et Pontificem via facti exuere suis juribus per tot secula cum consensu omnium totius orbis catholici Episcoporum exercitis etc. hoc dicunt Patres veteris testamenti; Canonistarum autem neotericorum systema eo redit, quod Episcopi sint constituti ad regendam Ecclesiam Dei teste Paulo in

C) Licet in regula ſecundum dicta per Canones collatio beneficiorum eccleſiaſticorum ab Epiſcopo alias conferendorum, ſi ſede vacante vacaverint, futuro Epiſcopo ſit reſervata, adeſt tamen exceptio a) reſpectu illorum beneficiorum, quae ſunt ſimultaneae conceſſionis, ſive quorum collatio ſpectat ad Epiſcopum et Capitulum ſimul C. un. *de praeb. et dignitat.* in 6. et b) ratione beneficiorum praeſertim curatorum, quae pro neceſſitate Eccleſiae vacare longiori tempore haud poſſunt, dum ſcilicet commode vicarius ad tempus conſtitui non poteſt, conſequenter et ſede vacante talia beneficia urgente ſaltem ob circumſtantias neceſſitate conferri poſſunt, id quod eo magis procedere poteſt, ſi in dioeceſi parochis ſine inveſtitura Eccleſiae parochiales ſaltem commendentur; c) conferre poſſunt Capitula ſede vacante beneficia ex negligentia vel delicto inferiorum collatorum ad Epiſcopum devoluta o). Quod autem concernit Capitula metropolitana ſede vacante, ſic haec quoque ex identitate rationis poſſunt praeter jurisdictionem ordinariam dioeceſanam ſimul archiepiſcopalem jurisdictionem, tam contentioſam, quam voluntariam reſpectu ſuffraganeatuum exercere per conſtitutos eatenus officiales et judices metropolitanos ea ratione, ac illam Archiepiſcopi in vivis exercuerunt.

§. III.

Quid juris ſit circa pontificialia, et ea, quae ſunt ordinis?

Quod jura ordinis epiſcopalis, et alia a conſecratione dependentia non transeant in Capitula cathedralia ſede vacante, adeoque quod nec immediate ab illis exerceri

---

in Epiſt. ad Tim. C. 2.. quod b) Epiſcopi in regula ſint independentes a Pontifice. Vid. *Mainzer Monatſchrift in geiſtlichen Sachen.* Febr. 1787. p. 181. quod c) Pontifices ſolummodo ſpuriis Iſidori mercibus innitentes tanquam ſpoliatores et uſurpatores Epiſcopis ſua jura epiſcopalia abſtulerint, ſibique reſervarint; quod d) illis nec longinqua poſſeſſio, nec totius orbis catholici Epiſcoporum conſenſus expreſſus vel tacitus ſuffragetur, cum haec jura epiſcopalia ſint fideicommiſſum ſacrum inalienabile, nec Epiſcopi per ſuum conſenſum potuerint praejudicare ſuis ſucceſſoribus, et quod ſic etiam ſinguli Epiſcopi queant poſtliminio ſibi vindicare jura avita, eorumque poſſeſſionem non attenta Pontificis reclamantis oppoſitione ſine ulterioribus ambagibus adire etc. Quodſi novum hoc ſyſtema ab omnibus Germaniae Epiſcopis adoptetur, et jura illa Pontifici hactenus reſervata contra Pontificem evincantur, tunc majora quoque jura ſede vacante accreſcent Capitulis cathedralibus, cum etiam tunc non ſolum in regula reſpectu Pontificis fiant independentia, ſed et reſervata haec adinſtar Epiſcoporum, qui illa in vivis jure proprio exercuerunt, pari jure poſſent exercere ſede vacante.

o) Ex ratione, quia beneficiorum ejusmodi devolutorum fructus non eſt Epiſcopatui proprius, ſed adventitius ſaltem per accidens, et quidem non tam favore Epiſcopi, ad quem immediate non pertinebat, ſed potius favore ipſius beneficii, ne diutius cum ſui dispendio vacare debeat, et denique ad ſupplendam et puniendam negligentiam collatoris ordinarii. Conf. ENGEL *ad Tit. ne ſede vacante* n. 5. et KÖNIG *eod. Tit.* n. 7.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

exerceri possint, est extra dubium quidem positum; an autem a Capitulis metropolitanis et cathedralibus in Germania sede vacante Vicariis generalibus in pontificalibus jam antea pro dioecesibus a Pontifice constitutis concedi quoque possit facultas conferendi ordines, administrandi sacramentum confirmationis, benedicendi sacrum oleum et chrisma, similesque actus pontificales exercendi *a*), dubitare quidem eatenus aliqui voluerunt, et quidem ex hisce rationibus, quod 1) nemo det, quod non habet, consequenter cum Capitula ex consecrationis defectu pontificalia exercere nequeant, sic nec Vicario cuidam facultatem exercendi pontificalia possint delegare. 2) Cum nonnisi arctatis in beneficiis, sive jam receptis sive adhuc recipiendis vi *Tridentini* Sess. VII. C. 10 *de reform.* Capitula cathedralia concedere saltem possint dimissorias, sic nec delegare queant Vicarium generalem in pontificalibus, qui omnibus sede vacante ordinandis conferat ordines. 3) Denique quod horum Vicariorum in pontificalibus vicariatus defuncto Episcopo exspirarit, consequenter nullos amplius actus vicariales exercere possint sede vacante. Verum hisce non obstantibus nullatenus dubitandum est, quin Capitula saepe dicta sede vacante, quemadmodum officialibus vel Vicariis generalibus in spiritualibus facultatem exercendi jurisdictionem ecclesiasticam et jura dioecesana innovare possunt, sic et pari modo Vicariis generalibus in pontificalibus facultatem exercendi sede vacante pontificalia in dioecesibus suis possint largiri, quodsi enim quodcunque Capitulum cathedrale sede vacante clericis quoad beneficia arctatis dimissoriales ad obtinendos ab extraneis Episcopis ordines concedere, nec non licentiam largiri possit Episcopo extraneo in dioecesi Ecclesiae vacantis exercendi pontificalia, prout eatenus conveniunt Canonistae, sic multo magis Vicariis in pontificalibus generalibus in dioecesi eatenus jam auctoritate pontificia constitutis facultatem illam impertiri poterit Capitulum; neque obstat vulgatum illud, *quod nemo det, quod non habet*, hoc enim brocardicon saepe tam in secularibus quam ecclesiasticis fallit, licet enim quis immediate dare nequeat, quod non habet, potest tamen illud saepius dare mediate per alios, consequenter licet non immediate ordines conferre, et pontificalia exercere possint Capitula metropolitica et cathedralia in Germania sede vacante, possunt tamen illud per suos Vicarios eatenus constitutos eadem fere ratione, ac Episcopus in Germania necdum consecratus, qui ipse pontificalia exercere non potest immediate in propria persona, constituere tamen sibi potest Episcopum vicarium, qui ejus nomine pontificalia exerceat *b*). Hisce accedit, quod constitutio Vicarii generalis

---

a) Eo spectant consecrationes Ecclesiarum, altarium, calicum, patenarum et campanarum, reconciliationes locorum sacrorum violatorum, benedictiones coemeteriorum, imaginum, paramentorum, et utensilium ecclesiasticorum, nec non benedictiones Abbatum et Abbatissarum.

b) Non enim possunt extranei Archiepiscopi vel Episcopi in aliena provincia vel dioecesi actus

neralis in pontificalibus non sit actus ordinis, sed potius jurisdictionis ecclesiasticae c), quae autem indubie cuivis Capitulo sede vacante competit; hisce denique suffragatur Cap. 42. *de electione et electi potest.* in 6., ubi dicitur, *quod is, cui procuratio seu administratio Ecclesiae cathedralis a Pontifice concessa est, omnia ea, quae jurisdictionis episcopalis sunt, libere exercere possit, illa autem omnia, quae ministerium consecrationis exposcunt, nisi ipse fuerit Episcopus, per alios faciat episcopos expediri*: consequenter ex identitate rationis etiam Capitula saepe memorata, quibus procuratio Ecclesiarum sede vacante vi canonum et observantiae in Germania est concessa, etiam ea, quae ministerium consecrationis exposcunt, per alios facere possunt episcopos expediri, et id confirmat etiam perpetua Germaniae praxis, dum suffraganei sede vacante se actus pontificales nomine Capitulorum metropoliticorum et cathedralium exercuisse professi sunt, prout eatenus plura exstant documenta. Conf. Clariss. Francisci Ant. Dürr Diss. de *Suffraganeis seu Vicariis generalibus in Pontificalibus Episcoporum Germaniae.* §. VII. p. 47. ubi laudatur Henricus Episcopus rhaedestonensis ex Carmelitarum ordine *Capituli metropolitani coloniensis sede vacante* A. 1304. *et Henrici de Virnenburg Archiepiscopi coloniensis suffraganeus.*

§. IV.

De juribus, quae Capitulis metropolitanis et cathedralibus in Germania circa electiones et postulationes Archi- et Episcoporum et hisce annexa competunt.

Inter jura ecclesiastica Capitulis metropoliticis et cathedralibus in Germania sede vacante competentia et hactenus descripta praecipuum fere est jus providendi Ecclesiae viduatae de novo Archi- vel Episcopo a), quod autem fit ordinarie per viam

---

actus pontificales Archiepiscopis vel Episcopis solis competentes sede vacante sine consensu Capitulorum metropoliticorum vel cathedralium respectivo exercere: sic jam Anno 869. Hincmarus Archiepiscopus rhemensis se purgavit, quod Carolum Calvum Metis coronarit, et sic actum pontificium exercuerit in trevirensi provincia sede treverica vacante. Conf. Reverend. Honthemii Tomus I. *Prodromi Historiae diplom. trevir.* p. 453. et seq.

c) Simile exemplum fuit in Abbate fuldensi, qui ob praetensam contra Epicopos wirceburgenses jurisdictionem quasi episcopalem habuit suum Vicarium in Pontificalibus, licet ipse pontificalia exercere haud potuerit; item variae Abbatissae immediatae in Germania exercent per suos officiales jurisdictionem ecclesiasticam et jura archidiaconalia, licet ea immediate in propriis personis exercere nequeant.

a) In omnibus reliquis regnis catholicis Reges gaudent jure denominandi Episcopos, in sola vero Germania jus constituendi Archiepiscopos et Episcopos est penes Capitula metropolitica et cathedralia. Conf. Barthel. in Diss. III. *de Concordatis.* Cap. III. §. 1.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

viam electionis, vel postulationis *b*), loco enim, quod olim Imperatores et Reges Germaniae exercuerint jus investiturae per baculum et annulum, quod in effectu comprehenderat jus denominandi Archi- et Episcopos, sic sublato hoc jure regio Capitula metropolitica et cathedralia partim per pactum calixtinum, partim per renunciationes Ottonis IV. Friderici II. et Rudolphi habsburgici nacta sunt insignem illam praerogativam, quod possint eligere vel postulare suos praesules. Conf. BARTHEL in cit. Diss. III. *de Concordatis.* Cap. III. §. IV. et seq. *c*) Regibus autem permissum saltem fuit mittere ad tales electiones vel postulationes suos commissarios, qui in dissidio eligentium parti saniori assensum praebeant *d*), pactum hoc calixtinum per Concordata Principum aschaffenburgensia cum Pontifice inita tacite fuit confirmatum *e*), et Imperatores promittunt in Capitulationibus Art. XIV. §. I. „Wir

---

b) Dictum fuit *ordinarie*, extraordinarius enim modus est *electio* sic dicta *Coadjutoris* cum spe futurae successionis, quae autem propius accedit postulationi, quam electioni: distinguendus etiam eatenus est stilus novus ab antiquo. Exstat ARNOLDI a S. LEONARDO Ordinis Carmel. *Consultatio canonica de Coadjutoria perpetua, sive methodus rite procedendi in Coadjutoriis*, facta est haec Consultatio ad petitionem Lotharii Francisci Episcopi bambergensis et eligendi Coadjutoris moguntini, eamque, cum esset rarior, Archiepiscopus Joannes Fridericus Carolus, dum eligendus erat Coadjutor wormatiensis, de novo in typographia Hospitalis ad S. Rochum curavit imprimi, verum non exhausit auctor hanc materiam, praedictaque *Consultatio* stilo nonnisi romano scripta est, adeoque uberiorem thema hoc deductionem exspectat, quae secundum hodiernum gustum elaboranda foret.

c) In *Instrumento pacis osnabrugensis* Art. V. §. 16. statutum fuit: *in omnibus Archiepiscopatibus, Episcopatibus, et reliquis fundationibus immediatis jura eligendi et postulandi juxta cujusque loci consuetudines et statuta antiqua illibata maneant, quatenus illa Imperii constitutionibus, transactioni passaviensi, paci religiosae, et inprimis huic declarationi et transactioni sunt conformia, et intuitu Archiepiscopatuum A. C. addictis permanentium ea nihil in se contineant illi confessioni adversum.*

d) *De jure et reservato Imperatoris mittendi Commissarium ad actum electionis ecclesiasticorum S. R. I. Principum et Praesulum dissertationem* quidem scripsit JOH. SIGISM. SCHELLER, verum neque haec materia ibi est pro rei dignitate elaborata: ex jure autem mittendi Commissarium non sequitur, quod Imperator habeat jus decidendi controversias circa electiones Episcoporum Germaniae enatas, prout defendere voluit AUCTOR *der Erörterung des Entscheidungsrechts in zwiespaltigen Wahlen geistlicher Reichsfürsten.* Conf. opposita Cl. DÜRRII Diss. *de Judice controversiarum in causis electionum Episcoporum Germaniae* in ANT. SCHMIDTII *Thesauro Juris ecclesiast.* Tomo II. p. 354. et seqq.

e) Et quidem per locum Concordatorum „item in Ecclesiis Metropolitanis et Cathedralibus etiam Apostolicae Sedi immediate subjectis fiant electiones canonicae, quae ad Sedem Apostolicam deferantur, quas etiam ad tempus constitutum in constitutione Nicolai Papae III. quae incipit: *Cupientes* Papa exspectet, quo facto si non fuerint praesentatae, vel si praesentatae minus canonicae fuerint, Papa provideat, si vero „cano-

„ Wir sollen und wollen auch bey dem heiligen Vater dem Pabst, und Stuhl zu Rom unser bestes Vermögen anwenden, dass von demselben, gleich Wir ohnehin des Vertrauens seynd, die Concordata principum, und die zwischen der Kirche, Päbstlicher Heiligkeit, oder dem Stuhl zu Rom, und der teutschen Nation aufgerichtete Verträge . . . allerdings beobachtet werden " etc. id quod repetitur §. 3. in eodem Articulo, per quae ultimo memorata pacta: *aufgerichtete Verträge* potissimum denotatur pactum calixtinum, consequenter Pontifices huic pacto non possunt contravenire, ac turbare libertatem eligendi vel postulandi Capitulorum metropoliticorum et cathedralium in Germania, et obtrudere alios Archi- vel Episcopos *f*), sed

---

„ canonicae fuerint, Papa eas confirmet, nisi ex causa rationabili, et de fratrum con- „ silio de digniori et utiliori persona duxerit providendum."

f) Prout factum est potissimum Seculo XIV., licet enim vi pacti calixtini asserta fuerit Capitulis Ecclesiarum germanicarum (quae jam sola repraesentant Clerum, de quo fit mentio in pacto calixtino) eligendi libertas, duravit tamen haec nonnisi usque ad finem Seculi XIII., a quo tempore Pontifices factis Archiepiscopatuum et Episcopatuum reservationibus libertatem illam eligendi turbare haud desierunt, qua occasione autem maximae turbae cum ruina Ecclesiarum fuerunt enatae, dum ex una parte Capitula vi pacti calixtini electionis libertatem sibi vindicando elegerunt Episcopos, Pontifices autem rejectis hisce alios denominarunt: duo hi Episcopatus candidati plerumque diu inter se concertantes bellis pro more aevi Ecclesias et earum territoria devastarunt, evicit autem plerumque a Pontifice denominatus, cujus auctoritate etiam saepius extranei Germanis sunt obtrusi in Episcopos cum detrimento Ecclesiarum; tristissima exempla, ut de aliis taceamus, nobis suppeditat historia moguntina, dum enim Gerhardus Eppsteinius gratia Pontificis evaserat Archiepiscopus moguntinus, et post hunc A. 1306. Clementis V. beneficio Petrus Aichspalt, Canonici metropolitici hoc defuncto A. 1320. postularunt Balduinum trevirensem Archiepiscopum, huic autem opposuit Pontifex Joannes XXII. Matthiam de Bucheck; sede defuncto Matthia A. 1329. vacante Capitulares rursus via postulationis detulerunt Ecclesiae moguntinae administrationem Balduino trevirensi, Pontifex autem motu proprio creavit Archiepiscopum Henricum de Virnenburg, unde multorum crevit malorum seges, Balduinus enim nactus quidem est Archiepiscopatus moguntini possessionem, de qua non facile dejiciendus esse videbatur, praesertim cum universus clerus moguntinus ipsi adhaeserit; verum cives moguntini, qui secuti fuerant partes Henrici, hac occasione A. 1329. praedicto Ecclesiam collegiatam S. Victoris extra muros moguntinos cum castro Weissenav, et curiis Canonicorum devastarunt, idem facturi monasterio albanensi Ordinis S. Benedicti, nisi grandine sagittarum repulsi fuissent, supposuerunt tamen monasterio huic ignem; facta a Balduino Archiepiscopatus moguntini resignatione Henricus quidem illius possessionem obtinuit, verum ejus fortuna non diu stetit, cum enim adhaeserit Ludovico IV. Bavaro Imperatori, A. 1340. a Pontifice fuit depositus, et denominatus in locum illius Gerlacus Comes Nassoviensis, cum autem prior cedere nollet, schisma exinde enatum duravit octo annis, quibus duo Archiepiscopi se invicem ferro et igne sunt infectati, Trithemius refert, tum temporis ita desolatam fuisse Ecclesiam moguntinam, ac tanta in re familiari damna sustinuisse, ut illa postea intra centum annorum spatium haud potuerint reparari; uterque enim Archiepiscopus proventus

sed tenentur legitime electos *g*), vel postulatos *h*), observatis observandis confirmare *i*). Cum autem ad praeambula electionis spectent significatio mortis

ventus Ecclesiae moguntinae alienando distraxit; A. 1354. post mortem Henrici Gerlacus quidem totius Archiepiscopatus possessionem obtinuit, ita tamen, ut multa adhuc ad restituendam omnimodam amnestiam debuerit impendere. Conf. GUDENUS in *Cod. diplomat.* Tomo III. p. 372.; mortuo A. 1371. Gerlaco inter Capitulares metropoliticos moguntinos enatum fuit dissidium, pars postulavit Cunonem de Falckenstein Archiepiscopum trevirensem, pars autem elegit Adolphum Nassoviensem; Cuno autem cum non acceptaret postulationem, et Adolphus a Pontifice Gregorio XI. repudiaretur, suasu Imperatoris Caroli IV. Joannes Comes de Linwey natione Gallus constitutus fuit Archiepiscopus moguntinus, hic autem obiit veneno sequente A. 1373., ubi denuo electus fuit Adolphus Nassoviensis, qui interea evaserat Episcopus spirensis, verum hujus administratio pariter non fuit quieta, ipso enim denuo rejecto Pontifex suasu Caroli IV. Imperatoris praefecit Ecclesiae moguntinae Ludovicum Episcopum bambergensem, ubi autem ob novum schisma novum rursus enatum est bellum intestinum, Adolphus subjecit sibi terras moguntinas in Hassia, Saxonia, et Thuringia, ubi erant varia castra, alter alias occupavit terras: facta tandem inter dissidentes transactione Adolphus permansit Archiepiscopus moguntinus ab Urbano VI. Pontifice etiam confirmatus; dum autem A. 1390. denuo vacavit sedes moguntina, ex electione Capituli metropolitici et subsecuta confirmatione Bonifacii IX. Pontificis ipsam conscendit Conradus de Weinsperg, Pontifex etenim pro ea vice hunc electionis actum permisit dissimulando, reservata tamen Apostolicae sedi nominatione futuri Archiepiscopi; mortuo Conrado Capitulares de praesule rursus auctoritate propria eligendo festine convenientes vota direxerunt in Godefridum Comitem Leiningensem: verum Joannes Nassovicus pontificiae reservationis probe memor veloci cursu arripuit iter ad curiam Bonifacii IX. eo fine, ut Godefrido clavum justo quantumvis titulo impetratum extorqueret, ille etiam creatus fuit Archiepiscopus moguntinus A. 1397., cui etiam potentiae cessit Godefridus Leiningensis; ex quibus patet a temporibus inceptarum reservationum pontificiarum usque ad Concilium constantiense oecumenicum, per quod medela quaedam fuit allata, moguntinos Antistites ad unum omnes hunc Germaniae primatum obtinuisse a Pontificibus de mero ipsorum arbitrio ac suprema voluntate perturbata electionum libertate contra pactum calixtinum. Quod etiam Ecclesiae ratisbonensi seculo XIV. non attentis electionibus obtrusi saepius fuerint extranei in Episcopos, refert LAURENTIUS HOCHWARTUS in *Catalogo Episcoporum ratisbon.* in OEFELII Tomo I. *Scriptorum boic.* p. 219., idque etiam ex aliis Ecclesiarum germanicarum historiis facile probari posset.

g) Conf. duplex NELLERI Dissertatio *de sacrae electionis processu* in SCHMIDTII *Thesauro* cit. Tomo II. p. 697. et Tomo III. p. 1. et seqq.

h) Conf. NELLERI Diss. *de Postulatione Praelatorum* in cit. *Thesauro* Tomo II. p. 733.

i) Quin ex verbis Concordatorum „*nisi* (Pontifex) *ex causa rationabili et evidenti de digniori et utiliori persona duxerit providendum*" inferri possit qualecunque vagum et despoticum Pontificis arbitrium in confirmandis vel improbandis electionibus canonicis, cum jam Calixtus III. Pontifex declararit Friderico III. Imperatori, se non usurum illa clausula sine gravissima causa, et nisi electio haud esset canonica, seque credere,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tis defuncti Archi- vel Episcopi exteris facienda, cura aulae episcopalis, luctus publicus *k*), procuratio funeris defuncti Episcopi, et adornatio capitulationis episcopalis a futuro Episcopo juramento confirmanda, sic ex omnibus hisce insignia quoque nascuntur jura Capitulorum sede vacante; ut autem aula archi- vel episcopalis, et reliqua eo spectantia sede vacante bene procurentur, sic denominantur praeprimis aliquot ex gremio Capituli tanquam repraesentantes Capitulum et vicegerentes, vulgo *Statthalter l*), qui in palatio episcopali resident, et quorum unus saltem etiam ibidem plerumque pernoctare tenetur, nec non decorum aulae *m)* et ceremonialia respectu commissarii caesarei ad electionem transmissi observant, publicationem quoque testamenti defuncti Archi- vel Episcopi observatis observandis, ac separationem ejus patrimonialium a rebus ad Archi- vel episcopatum spectantibus cum multis aliis procurant. Et cum procuratio funeris defuncti Archi- vel Episcopi potissimum spectet ad Capitulum (exsequias enim solennes cum oratione funebri et castro doloris antecessori suo plerumque procurat Neoepiscopus *n*), sic illud praefixo die electionis novi Episcopi non solum notificat obitum defuncti Episcopi Imperatori, significato simul termino pro electione praefixo ob transmittendum commissarium caesareum, sed et Pontifici, singulisque, ubi receptum est, Cardinalibus Ecclesiae Romanae, nec non iis, cum quibus Ecclesia confraternitate juncta est *o*), sed et mandat illud pulsationem campanarum solennem in omnibus Ecclesiis territorii archi- vel episcopalis pro defuncto Principe, inhibet omnes durante luctu publico choreas et saltationes solennes, musicamque instrumentalem in locis consuetis, ordinat vestes lugubres consiliariis, officialibus, et famulitio archi- vel

dere, quod successores Pontifices idem sint facturi. Conf. inter *epistolas* Aeneae Sylvii *epistola* 371., et cit. Barthelii diss. III. *de concordatis* Cap. III. §. XXIV. et seq. in specie §. XXVIII.

k) *De eo, quod justum est circa luctum publicum* dissertationem scripsit J. H. Boehmer, quae exstat in ejus *exercitationum* Tomo II. p. 1085, materiam *de luctu publico ecclesiastico* adhuc nemo deduxit.

l) Ad mentem *Tridentini* Sess. XXIV. C. 16. de *reform.* vi cujus pro administratione temporalium oeconomus unus, vel plures constituendi sunt, qui nomine Capituli administrationem in se suscipiant.

m) Mensa episcopalis in Episcopatibus illis, ubi relicti ab Episcopo reditus ad cameram episcopalem spectant, et non ad heredes Episcopi, sede vacante continuatur, quam praeter locumtenentes capitulares, aliique invitati frequentant.

n) Epitaphium autem familia defuncti Episcopi heres, vel exsecutor testamenti procurat, ad hoc enim camera episcopalis haud suppeditat expensas.

o) Conf. cl. Francisci Ant. Dürr diss. *de confraternitatibus Ecclesiarum metropolitanarum et cathedralium in Germania.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel episcopali, curat cudi et distribui numos memoriales defuncti, nec non praeambula funeris disponit quoad pollincturam corporis defuncti, publicamque ejus cum ornatu archi- vel episcopali expositionem in lecto ad pompam funebrem apparato, injungit clero ex ordine celebrationes missarum, et aulicis preces horarias, evocat vasallos, ut in processione funebri comitentur tumbam defuncti, nec non insignia cum faculis et lacinias panni funebris gestent, conductum porro funebrem pro circumstantiis secundum proëdriae cuivis competentis ordinem determinat.

Quod autem concernit novae electionis negotium, sic determinato secundum dicta ante omnia electionis die adornat interea mediante commissione eatenus ordinata capitulationem a neo-electo juramento confirmandam *p*), ac postquam advenit commissarius caesareus ad electionem missus, vel jam praesens minister imperialis qualitatem commissarii caesarei seu sic dictum ceremoniale majus admisit, solennemque ad palatium archi- vel episcopale habuit ingressum *q*), ordinatur conductus solennis commissarii caesarei ad locum capitularem, ubi consueto cum ceremoniali a Capitulo excipitur, factaque de throno propositione caesarea, et peracta nomine Capituli a scholastico gratiarum actione, cum iisdem ceremoniis reductus ad palatium archi- vel episcopale revertitur, ubi moratur lauteque sustentatur usque ad finitum electionis negotium; peracta praefixo die a Capitulo Neoarchi- vel episcopi electione aut postulatione, praestitisque a neoelecto consensu et

---

p) Capitulationes episcopales in multis conveniunt cum imperialibus: ambas introduxit necessitas, quia scilicet non omnes Episcopi fuere tales, quales tempore electionis se esse simularunt, et vi canonum esse debuissent, sed saepius contra spem a Capitulis conceptam dissolutam prodigamque duxerunt vitam, contraxerunt debita, et bona ad Ecclesias spectantia in consanguineos aliosque extraneos injuste transtulerunt, sic exinde enata sunt gravamina ex parte Capitulorum, et dissidia Episcopos inter et Capitula, quod plurimis exemplis comprobari posset, capitulationes autem credebantur esse optimum medium avertendi pro futuro talia gravamina et mala ab Ecclesiis; verum excesserunt etiam saepius Capitula justos limites in praescribendis capitulationibus, quas postea observare nolebant Episcopi, unde enatae sunt novae lites: optimum principium in hoc argumento est: *tollatur abusus, et maneat usus*, usus autem legitimus in eo consistit, si Capitula in detrimentum jurium episcopalium et territorialium nihil stipulentur sibi ad commodum privatum, omnia vero ea, quae pro utilitate tam Ecclesiae quam territorii jurato promiserunt Episcopi, etiam servent, quia omne juramentum, quod salva aeterna salute servari potest, vi canonum quoque est servandum: prodierunt quidem multa jam circa capitulationes episcopales scripta, verum auctores eorum plerumque vel ex una vel ex altera parte excesserunt in suis principiis, tribuendum potius est suum cuique: unde desideratur adhuc solide elaboranda dissertatio *de justis capitulationum episcopalium limitibus*, cujus nobis spes facta est a viro rerum harum gnaro.

q) Commissarius caesareus in palatio episcopali habitatione victuque adinstar Episcopi viventis fruitur, donec qualitatem commissarii caesarei iterum deponat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et juramento de ſervanda capitulatione antea praelecta deducitur neoelectus ad ſolium archi - vel epiſcopale in loco electionis exſtructum; peractam quoque electionem Capitulum mox per aliquot deputatos capitulares commiſſario caeſareo in vicinia Eccleſiae metropoliticae vel cathedralis, vel in palatio epiſcopali degenti notificat, quibus praeviis electio publicatur clero et populo per Decanum Capituli, vel ſi hic electus fuerit, per proximum in ordine Praelatum aut Seniorem in Eccleſia metropolitica vel cathedrali, factaque in loco electionis privata a ſingulis capitularibus adoratione et gratulatione neoelectus ducitur a Capitulo in Eccleſiam, ubi commiſſarius caeſareus praeſens gratulatur neoelecto, et intonatur hymnus ambroſianus, ſub quo ſedenti ad altare majus Neoarchi - vel epiſcopo ſinguli capitulares ſecundam et publicam exhibent adorationem, quibus peractis neoelecto in cathedra archi - vel epiſcopali datur poſſeſſio Archi - vel Epiſcopatus, et a Capitulo poſtea ſolenni pompa et proceſſione praelatis, ſi Archiepiſcopus vel inſignibus gaudens archiepiſcopalibus electus fuerit, cruce a juniore capitulari, et enſe ab aulae Mareſchallo ad palatium archi - vel epiſcopale ducitur, illique a clero et civibus conſueta munera in vino et frumentis conſiſtentia offeruntur, in palatio autem peractis a commiſſario caeſareo viſitatione, et ex parte neoelecti reviſitatione, conſuetaque manus oſculatione ab aulicis et conſiliariis facta ſolum Capitulum una cum commiſſario caeſareo menſae epiſcopali aſſidet, convivioque excipitur *r*). In variis etiam epiſcopatibus evocati officiales hereditarii Eccleſiae veluti Mareſchallus, Camerarius, Dapifer, et Pincerna tenentur in perſonis hac die ſolenni ſua ſervitia Neoepiſcopo praeſtare, et finita hac ratione regimine capitulari Archiepiſcopus vel Epiſcopus mox auſpicatur ſuum regimen archi - vel epiſcopale.

Denique inter jura utilia eccleſiaſtica Capitulorum ſede vacente referendum adhuc eſt *jus ſpolii*, quod ſecundum antiquam obſervantiam vel ſecundum pacta Epiſcopos inter et Capitula inita ſolet in iis exerceri Eccleſiis, ubi non omnes reditus epiſcopales cedunt epiſcopis, ſed deductis pro ſuſtentatione epiſcoporum deducendis reliqua ſpectant ad ipſum epiſcopatum; verum etiam hic ſubintrat principium: tollatur abuſus, et maneat uſus; juſtum enim eſt, ut capitularibus ſede vacante regimen exercentibus, multaque ferentibus onera, emolumenta quaedam ſpolii titulo cedant ex reditibus epiſcopatuum, et quidem eo magis, cum etiam Epiſcopi in vivis praeter omnimodam ſuſtentationem ſua habeant peculia

r) Solennitates hae ceremoniales quoad commiſſarium caeſareum hactenus deſcriptae obſervantur penes Eccleſiam metropoliticam moguntinam, et quibusdam exceptis penes alias majores, penes minores autem Eccleſias non tantus ſe offert ſolennitatum apparatus. Optandum foret, ut ſingularum Eccleſiarum obſervantiae eatenus receptae deſcriberentur, et typis ederentur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

culia privata ex reditibus Ecclesiarum suarum, optimumque foret, si caput hoc Episcopos inter et Capitula, ubi necdum est factum, per pacta determinaretur. De cetero non est, cur in thesi tantum fiat clamoris ratione hujus juris spolii a Capitulis sede vacante exercendi; quodsi enim olim jus hoc Imperatores, Pontifices, Duces, inter quos etiam erat Dux Austriae, conf. GERBERT *in Auctario diplom. ad taphographiam austriacam* Tomo IV. Parte II. *Monument. austr.* p. 189., officiales hereditarii Ecclesiarum, aliique poterant exercere jus spolii circa exuvias episcoporum defunctorum, et adhuc hodie Reges Galliae et Hungariae sub nomine *juris regaliae s*) exercere possint, cur neque vi antiquae observantiae poterunt jus illud exercere Capitula metropolitica et cathedralia in Germania?

CAPUT II.

DE JURIBUS CAPITULORUM ECCLESIARUM METROPOLITANARUM ET CATHEDRALIUM GERMANIAE IN SECULARIBUS SEDE VACANTE.

§. I.

Capitula metropolitana et cathedralia fiunt sede vacante status Imperii.

Voluerunt equidem antiqui quidam cameralistae ANDREAS GAILLIUS *Observat.* L. I. *Observ.* XXX. n. 13. et JOH. DECKHERRUS in *Vindiciis pro veritate et justitia rei jurisque cameralis* Tit. XXVI. n. 45 et 46. denegare Capitulis metropolitanis et cathedralibus sede vacante qualitatem statuum Imperii immediatorum, dum ille duxit argumentum a sede plena Ecclesiarum ad sedem vacantem, hic vero scripsit stilo sibi consueto, „ falsum esse, Capitulum sede vacante esse status I. uti in comitiis I. 1603 contra Capitulum magdeburgense obtinuit, nam„ que comparitio in comitiis Capitulis concessa ea statum I. non magis, ac ad„ missio tutoris loco pupilli illum statum facit, ratio quoque inepta: Capitulum „ vocatur ad comitia, ergo est status I., quia non comparet ut status, sed quate„ nus

s) Novissimum eatenus est praejudicium cum defuncto Praeposito metropolitico moguntino Hugone Comite ab Elz, qui fuit Abbas Pechwaradensis in Hungaria, ibidemque post mortem reliquit reditus abbatiales circiter decem et octo millia florenorum conficientes, quos cum reliqua sua substantia legavit ad pias causas, reditus autem hosce abbatiales mox arresto constrinxit Josephus II. Imperator qua Rex Hungariae, ut illos vindicaret fisco regio.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„ nus administrator curatorve sedis vacantis, et ratione administrationis episcopa-
„ tus, proinde ordinato et constituto Episcopo status rursus esse desinet (quia
„ vivente Episcopo status notorie non est) quod absurdum, nec enim convenit
„ statum I. momentaneum aliquem esse mox iterum destituendum."

Duos hosce scriptores noviori tempore excepit Joh. Adam Ickstattius in allegato tractatu *de Capitulorum metropolitanorum et cathedralium origine* etc. qui §. 66. et seq. totus in eo est, ut Capitulis metropoliticis et cathedralibus sede vacante tam immedietatem, quam qualitatem statuum Imperii deneget, et quidem ex sequentibus rationibus pro parte recoctis, quia *primo* omnia Capitula praedicta Principum suorum Archi- vel Episcoporum potestati territoriali tam quoad personas, quam quoad bona capitularia sunt subjecta, jam autem *secundo* defunctis Archi- vel Episcopis Ecclesiarum metropoliticarum et cathedralium jura non intereunt, sed idem manet territorii status cum iisdem Imperii juribus, nec Capitula Archi- vel Episcopi evadunt, et res principatuum saltem administrant, statu Capitulorum qua talium in se manente prorsus eodem, qui fuit vivo Episcopo, ita ut in subjectionis territorialis qualitate nihil immutetur; *tertio* provocat cum Deckherro ad paritatem desumtam a tutoribus principatuum secularium, quemadmodum enim hi nec fierent immediati, nec status Imperii, sed nonnisi principum pupillorum nomine administrent principatus, ita quoque Capitula episcopatus et principatus nomine omnia gerentia non secus ac tutores seculares pristinam subjectionem et qualitatem retinerent, episcopatuum immedietate et juribus per omnia, qualia fuere sede repleta, subsistentibus. *Quarto* cum Capitulis per obitum Episcopi nullum novum jus accrescat, nec nova iisdem qualitas accedat, propter quam in censum ac numerum statuum immediatorum referenda sint, sed maneat pristina tum personarum, tum rerum ac bonorum capitularium subjectio, idemque intuitu episcopatus, cujus membra sunt, respectus, qui sede repleta fuerat, nisi quod totum corpus Capituli principatus et territorii immediati interimisticus administrator evadat non sua, sed alterius omnino, scilicet episcopatus et principatus jura exercens. *Quinto* denique comparavit Capitula sede vacante cum commissariis caesareis, qui sequestratum principatum administrant, quin fiant immediati, vel status Imperii, cum constet commissarios tales futuri potius possessoris nomine ea omnia peragere perinde, ut sede vacante a Capitulis nomine futuri successoris cuncta peraguntur, neque aliam inter hunc sequestrarium et Capitula vult esse differentiam, nisi quod haec ex delegatione perpetua in hanc vicariam administrationem subintrent.

Verum quod Capitula metropolitana et cathedralia Germaniae sede vacante fiant status Imperii, habeantque votum et sessionem tam in comitiis universalibus, quam in aliis particularibus Imperii conventibus jure repraesentativo suarum ecclesia-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ecclesiarum, quo jure etiam ipsi Archiepiscopi et Episcopi in iis comparent, partim ex observantia, partim ex legibus Imperii est apodicticum, et quidem quod concernit observantiam, sic est illa longe antiquissima et in ipsa juris analogia fundata, jus enim status Imperii, seu voti et sessionis in comitiis est jus reale ipsis Germaniae Archi- et episcopatibus, seu Ecclesiis metropolitanis et cathedralibus annexum, nec unquam ab iis avellitur *a*). Ecclesias autem praedictas repraesentant Archi- et Episcopi ex una, Capitula autem metropolitana et cathedralia ex altera parte; quemadmodum igitur sede plena Archi- et Episcopi jura statuum ecclesiasticorum intuitu suarum Ecclesiarum exercent in comitiis, sic eadem jura intuitu earundem Ecclesiarum sede vacante exercent Capitula, id quod etiam ab antiquo ita fuit observatum et adhuc observatur ad hodiernum usque diem, dum praedicta Capitula a) sede vacante ad comitia Imp. noviter celebranda aeque ac ad alios Imp. conventus, veluti deputationum Imp. et circulorum evocantur ad instar Archi- et Episcoporum sede plena, b) in comitiis etiam caeterisque Imp. conventibus jure et nomine suarum Ecclesiarum comparent, c) ad comitia jam constituta autem mortuis Archi- aut Episcopis vel novos mittunt legatos ejusdem cum archi- seu episcopalibus characteris repraesentatitii, vel legati jam antea ab Archi- vel Episcopis sede plena constituti, ac in loco comitiorum jam degentes nomine Capitulorum per novas literas fiduciarias a Capitulis transmissas se legitimant more consueto penes directorium *b*), d) eorum legati ad sessiones comitiales respective

---

a) Quod jus voti et sessionis in comitiis Imp. sit annexum ipsis territoriis tam ecclesiasticis quam secularibus, patet ex analogia A. B. Tit. VIII. §. 2. et ex declaratione facta a Principibus Imp. A. 1715. Conf. *Reservation, so das fürstliche collegium a potiori bey dem an des Herrn Hertzogs Ludewig Rudolphs zu Braunschweig Wolffenbüttel überlassenen fürstlich Grubenhagischen voto ad protocollum gegeben.* A. 1715. in SCHMAUSSII corp. jur. publ. p. 1291. Exinde etiam in comitiis ad danda vota nonnisi nomina territoriorum seu Principatuum tam ecclesiasticorum, quam secularium, non autem ipsi pro tempore Archi- et Episcopi, vel Duces, Marchiones et Principes, seu Principibus pares evocantur; eatenus etiam conveniunt omnes juris publici doctores tam antiquiores, quam recentiores, veluti ARUMAEUS *de comitiis* C. VII. n. 125 et 126, BERTRAM *thesi* 40. et seq. LIMNAEUS *Juris publ.* Tom. IV. p. 24. OLDENBURGIUS in *Limnaeo enucleato* L. I. C. 5. n. 23. p. 50. PETR. FRID. MINDANUS L. I. *de Processf. in camera extrah.* JOH. JAC. MOSER in dem *Grundriß der heutigen Staatsverfassung des deutschen Reichs* L. IV. C. 18. §. 7. JOH. JAC. SCHMAUSS in *comp. juris publ.* L. III. C. 2. §. 5. JOH. JAC. MASCOW in *Princ. juris publ. Imp.* L. VI. C. 1. §. 3. HERTIUS in diss. *de superioritati territoriali* etc., ipse etiam ICKSTATT. in cit. tract. §. 64 et 68 id fatetur, dum scripsit: *jura territorii, vox et sessio in comitiis perpetuo et indiviso nexu cum Episcopatibus conjuncta sunt, nec Episcopo defuncto ab iisdem separantur, aut in alios transferuntur.*

b) Formula renovationis literarum fiduciarium legati moguntini in comitiis, quae fit sede vacante, ita est concepta: „ Als der allmächtige Gott nach seinem ohnerforschlichen „ Willen weiland den Hochwürdigsten Fürsten und Herrn N. höchstseeligen Andenkens

respective in collegio Electorum et Principum admittuntur, qui e) in ordine suis Ecclesiis conveniente inter Electores vel Principes secundum instructiones, quas a Capitulis accepere, sua vota deponunt, et f) finitis denique comitiis recessibus Imp. subscribunt, prout 1) nomine Decani et Capituli Ecclesiae cathedralis mindensis Veit Krum Praepositus et Syndicus recessui Imp. de A. 1555, 2) nomine Praepositi, Decani, et Capituli cathedralis frisingensis vacante sede Christophorus Stenglin canonicus cathedralis, et Marcus Fatius, Cancellarius ambo Doctores recessui de A. 1559, 3) nomine Decani et Capituli cathedralis wormatiensis Cornelius Gobelius recessui de A. 1654 subscripserunt *c*): munera etiam haec legatorum

---

„ kens von diesem zergänglichen Leben in das ewige abgefordert hat, *wodurch die* „ *der hiesigen churfürstlichen Directorial-Gesandtschaft bey der allgemeinen Reichs-* „ *versammlung zu Regensburg ertheilte Vollmacht erloschen*, dass Wir sede vacante „ dem N. den ihm von weiland Seiner abgelebten churfürstl. Gnaden vormals hierin „ ertheilten Gewalt in bester und beständiger Form *confirmiret und bestättiget haben*, „ thun solches auch hiermit, und in Kraft dieses dergestalt und also, *daß er nach* „ *mehreren Inhalt desselben, wie bishero, so auch fürterhin in unserem Namen, und* „ *von Unsertwegen sede vacante die gewöhnliche Sessionen und Stelle einnehmen, und* „ *vertretten, das Reichs-Directorium führen, und sonsten alles das*, so der Römisch „ Kaiserlichen Majestät Ausschreiben und Proposition, auch des H. R. R. Nothdurft „ mit sich bringet, *fürnehmen, berathschlagen, handeln, fördern und schliessen helfen* „ *solle*. Was auch gemeldter *unser Gesandter* hierin thun, handeln und schliessen „ helfen wird, *das soll unser Will und Meinung seyn, welches alles und jedes Wir* „ *dann auch genehm, stät, vest, und Ihn deswegen schadlos zu halten versprechen*, „ und da *Unser Gesandter* eines mehreren Gewalts, als hierin begriffen ist, bedürf- „ tig wäre, den wollen Wir Ihm, *als hier ausdrücklich specificiret, hiemit auch geben* „ *haben*." Ita se nonnisi status Imp. possunt exprimere.

c) Conf. SENKENBERGII *selecta juris et histor.* T. IV. p. 321., et ejusdem *Sammlung der Reichs-Abschiede* P. III. p. 40 et seq. 177 et 680. De caetero recessui Imp. novissimo subscripsere quoque „ von wegen Melchioris Ottonis Bischoffens zu Bamberg Philipp „ Valentin Voit von Rhineck Thumprobst zu Bamberg etc. und Cornelius Gobelius „ geheimer Rath: *auf dessen* (des Bischoffs Melchioris Ottonis) *Ableiben Thum-* „ *dechanten, Senioris und Capituls daselbst*, nachmahls Philipps Valentins erwählten „ Bischoffen zu Bamberg Cornelius Gobelius l. c. P. III. p. 680, und von wegen „ Joh. Jacoben Probsten und Herrn zu Elwangen *auf dessen Ableiben Dechanten und* „ *gemeinen Capituls daselbst*, nachmals Johann Rudolphen erwählten Probsten und „ Herrn zu Ellwangen Joh. Jac. Speidel der Rechten Licentiat" l. c.; consequenter etiam Capitula cathedrale bambergense et praepositurale ellwangense sede vacante comparuerunt in hisce comitiis A. 1653 inchoatis per praedictos legatos: notabile etiam est, quod jam A. 1150 famoso illi judicio a Conrado III. Germaniae Rege Spirae habito in causa Abbatis corbejensis contra officiales hereditarios hujus Abbatiae interfuerint inter Principes ecclesiasticos per delegatos *clerus et populus wurmaciensis Ecclesiae, quae tunc vacabat*, nec non *clerus et populus fuldensis monasterii, quod tunc vacabat*. Documentum hujus judicii primus edidit NICOL. SCHATENIUS L. VIII. *Annal. paderborn.* p. 783 et post illum CHRIST. FRANC. PAULLINI in *exercitat. de advocatis*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

legatorum capitularium tam diu durant, donec a neoelectis vel postulatis Archi- aut Episcopis novi iterum constituantur legati; simili modo mittunt saepe memorata Capitula suos legatos ad alios Imp. conventus, et quidem ad deputationes Imp. tam ordinarias, quam extraordinarias, ad visitationes et revisiones camerales *d*), uti et ad conventus circulorum non solum ordinarios *e*), sed et associatorum, ad conventus monetales, nec non respective electorales, uti et Principum Imp., si forsan tales habeantur: exercent etiam Capitula haec respective jura directorii in ejusmodi conventibus Imp., quae non in personis Archi- vel Episcopo-

---

vocatis monasticis §. 35 p. 565 et seq., occurrit etiam inter adjuncta *deductionis bambergensis* de A. 1774 *ratione oppidi Fürth.* n. 58. Conf. Joh. David Koehler in *der teutsch. Reichs-Hist.* p. m. 171 et seq.

d) Formula novae subdelegationis factae a Capitulo metropolitico moguntino hujus est tenoris: „ Thun kund, dass, nachdem der allmächtige Gott wailand etc. unterm . . . „ abgefordert, und Wir dann zur Fortsetzung des heilsam- und wichtigen Geschäfts „ der Kaiserl. Reichs-Cammer-Gerichts-Visitation, und zu deren bestmöglichsten „ Beförderung den ehehin von Seinen nun in Gott ruhenden churfürstlichen Gnaden „ *bevollmächtigten und instruirten Räthen den ihnen* von wailand zu diesem wichtigen Reichsgeschäffte *ertheilten Gewalt in bester und beständiger Form*, wie hierdurch beschieht, *confirmiret und bestättiget haben*, thun auch solches hiemit und in Kraft dieses dergestalt und also, *daß Sie nach mehrerem Inhalt desselben, wie bishero, also auch fürtershin in unserm Namen sede vacante obgedachter Visitation des Kaiserl. und R. C. Gerichtes, auch deren gehörig ausgeschriebenen Revisionen von Unsertwegen beiwohnen*, und *neben* den kaiserlichen Herrn Commissarien, und andern des Reichs dazu geordneten Kurfürsten, Fürsten, und Stände dorthin abgeschickten Räthen und Bevollmächtigten alles in Gefolge der Reichsgesätze und Wahlcapitulation *vornehmen, berathschlagen, verrichten, schliessen, vollziehen und urteilen helfen*, wie es in solchen Fällen reichsgesätzlich und herkommlich ist, *dafern auch unsere von wegen der Churmaintz subdelegirte Räthe* eine weitere Vollmacht und Gewalt vonnöthen hätten, solchenfalls wollen Wir ihnen selbige gleichfalls hiemit ertheilet haben, was nun Sie, die *churmainzische Subdelegation* also *von Unsertwegen* thun, handel- und verrichten wird, dies wollen Wir als wohlgethan für genehm, und Sie deswegen schadlos halten etc."

e) Formula legitimationis legati moguntini sede vacante penes circulum rhenanum superiorem est sequens: „ Dechant und regierendes Capitel des Erzhohen Domstiffts zu „ Maintz urkunden, demnach die von des löblichen oberrheinischen Creis Ausschreib- „ amt und Directorii wegen nach des heil. Reichs Stadt Franckfurt ausgeschriebene „ allgemeine oberrheinische Creisversammlung dermalen noch fürdauert, dass Wir „ *von wegen unserer Grafschafft Königstein den . . . unsern lieben getreuen* verordnet, „ und in Kraft dieses hiermit dergestalt bevollmächtiget haben, *daß er in unserm* „ *Nahmen von wegen unserer Herrschafft Königstein* obbesagter Creisversammlung „ beiwohnen, sofort das Benöthigte nach der ihm ertheilten Instruction *besorgen und* „ *abschliessen helfen möge.*"

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Episcoporum, sed in praerogativis ipsis Ecclesiis propter eminentiam sedis ab antiquo unitis fundantur *f*).

Quod autem concernit leges Imp., sic in *I. P. O.* Art. V. §. 21. dispositum fuit: „ Iidem (scilicet electi aut postulati in Archi- vel Episcopos) *aut sede* „ *vacante Capitula* . . . ad universales aeque ac particulares deputationum, visi- „ tationum, revisionum, aliosque conventus imperiales literis solis evocentur, et „ suffragii jure fruantur, prout quisque statuum ante religionis dissidia eorum „ jurium particeps fuit. " In quo passu Archi- et Episcopi, et Capitula quoad votum et sessionem in Imp. conventibus omnimode aequiparantur, et sub nomine statuum communi veniunt; et licet haec declaratio occasione protestantium fuerit facta, attamen tam respectu catholicorum quam protestantium Capitulorum ex identitate rationis generalem praescribit normam; Imperatores quoque in *capitulationibus* Art. I. §. 3. promiserunt: „ Bevorab aber allen und jeden Stän- „ den des Reichs ihren freyen Sitz und Stimm auf Reichs-Tägen aufrecht er- „ halten. " Capitula autem, quae sede vacante repraesentant suas Ecclesias, sicut illas sede plena repraesentant Episcopi, sunt quoque status Imp., habentque vota libera et sessionem in comitiis, consequenter et horum jura comitialia se tuiturum promisit Imperator; de caetero cum nemo possit habere votum et sessionem in comitiis, qui non est immediatus, Capitula autem metropolitana et cathedralia sede vacante hisce juribus nomine et jure suarum Ecclesiarum gaudeant, sic et sequitur Capitula haec sede vacante esse immediata: quodsi autem sint immediata, sic ulterior se prodit conclusio, quod et habeant omnia jura ex immedietate profluentia, veluti quod pro re nata nonnisi in supremis Imp. tribunalibus Archi- vel Episcopatuum intuitu conveniri possint g) gaudeantque jure austraegali, de quo

f) De his ex professo fusius egerunt J. H. Boehmer in *jure eccl. prot.* T. III. p. 640. J. L. Fleischer in der *Einleitung zum geistlichen Recht* L. I. C. XVI. §. 8. p. 110. J. G. Neureuther in diss. *de jure directorii Capituli moguntini in comitiis sede moguntina vacante* in Ant. Schmidtii *thesauro eccles.* et altera diss. sub titulo: *Novae vindiciae directorii in comitiis Capitulo metropol. mog. sede metropol. vacante competentis.* Hammer in diss. *de directorio in circulo franconico sede bambergensi vacante Capitulo competente.* God. Dan. Hoffmann in diss. *de Capitulo salisburgensi sede vacante collegium Principum dirigente*, et idem in diss. *de jure Principum ecclesiasticorum, Praelatorum et Capitulorum subdelegandi ad visitationem camerae.*

g) Capitula enim metropolitica et cathedralia duplicem repraesentant sede vacante personam: 1) ipsam ecclesiam et Archi- vel Episcopatum seu Principatum ecclesiasticum, et in hac qualitate sunt immediata durante interregno, 2) utrumque Capitulum considerari potest tanquam corpus particulare, quod sua singularia habet jura, bona et facultates, et in hac qualitate est ac manet mediatum, et respective, ubi in Archi- vel Episcopatu sunt status provinciales, primus inter hosce status, diverso enim respectu

 potest

quo ultimo autem ex professo infra agetur: neque contra haec deducta aliquid relevant illa, quae supra ex GAILLIO, DECKHERRO et ICKSTATTIO adducta sunt; licet enim Capitula metropolitica et cathedralia sede plena, ubi Archi- vel Episcopi repraesentant Ecclesias suas, non sint status Imp., nec immediata, prout recte sentit GAILLIUS, sunt tamen ex deductis sede vacante; quod autem concernit DECKHERRI argumenta: sic a) huc non quadrant ea, quae A. 1603 contra Capitulum metropolitanum magdeburgense obtinuere, non enim denegatum fuit tum temporis huic Capitulo jus voti et sessionis in comitiis ex ratione, quod sede vacante Capitula non sint status Imp., illa enim diu ante A. 1603, et quidem secundum dicta jam Annis 1555 et 1559 subscripserant recessibus Imp., sed ideo, quia Principes ecclesiastici catholici nolebant inter catholicos Archi- et Episcopos concedere locum Archiepiscopo et respective Capitulo protestantico magdeburgensi sede vacante, quae controversia demum per pacem westphalicam, et mediante introductione scamni transversi fuit sopita. b) In logomachiam videtur abire: an tutor pupillum principem repraesentans dicendus sit status Imp. jure repraesentationis, vel non? De caetero hoc loco non procedit argumentum a tutore principatus secularis ad Capitula sede vacante, Capitula enim tam sede plena, quam vacante longe majoribus gaudent juribus, quam tutor praedictus, licet enim certo respectu quoad alia capita, veluti nequid agant in detrimentum Ecclesiarum suarum, non solum Capitula, sed etiam ipsi Episcopi cum tutoribus in comparationem duci possint, non tamen illud procedit quoad omnia indistincte, cum Capitulum et Episcopus simul sumta proprie repraesentent Ecclesiam, et sicut Episcopus sede plena, sic et Capitulum sede vacante proprio jure habeat votum et sessionem in comitiis nomine Ecclesiae exercendum, quod secus se habet in tutore seculari. Nec c) ineptum est argumentum: *Capitulum vocatur ad comitia, ergo est status Imp.* Licet enim vocatio qualiscunque ad comitia Imperii non faciat statum Imp., prout exemplum est in Martino Luthero ad comitia etiam evocato, secus tamen se res habet, siquis vocetur eo fine, ut votum et sessionem habeat in comitiis inter reliquos Imp. status in collegio electorali vel Principum collegio. d) Falsum est, quod Capitulum ideo non compareat in comitiis in qualitate status Imp., quia est administrator et curator Ecclesiae suae, nam quemadmodum etiam Episcopus sede plena non est plenus dominus, sed administrator, curator et provisor Ecclesiae suae (prout passim in canonibus et diplomatibus compellantur Archi- et Episcopi) cujus tutelam gerere, utilitatemque promovere tenetur, et tamen comparet in comitiis ut status Imp. nomine suae Ecclesiae, sic et

potest idem corpus esse immediatum et mediatum, potest idem esse subditus et imperans, dominus directus et vasallus. Conf. HERTII diss. *de uno homine plures personas sustinente.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et Capitulum, quod sede vacante est administrator, curator et provisor Ecclesiae, ut status Imp. pariter comparet; nec e) absurdum est, quod Capitulum electo Episcopo desinat esse status Imp., definit enim tunc repraesentare Ecclesiam, quam repraesentare iterum incipit Episcopus noviter electus, nam etiam Episcopus morte matura decedens vel resignans mox iterum definit esse status Imp.; an autem hoc involvit absurdi quidquam? Neque etiam, prout vult Deckher, Capitulum est nonnisi status Imp. momentaneus, nam licet in regula vi canonum sedes episcopalis non momentanee sed trimestri vacet, potest tamen accedentibus impedimentis per multos annos vacare, prout exempla habuimus noviora, dum Ecclesia cathedralis monasterienfis, paderbornensis, et osnabrugensis durante ultimo bello porussico pluribus annis, et sedes metropolitana magdeburgensis quondam ab A. 1598 usque ad A. 1608 vacaverunt: ne dicam, quod Deckher sibi non satis constans paulo post subjunxerit, quod vocari ad comitia, sedere inibi, votumque dare sit jus reale territorio alligatum vi possessionis competens, quod Capitulo nemo negavit. Conf. Petrus Frid. Mindanus L. I. *de processf. in camera extrah.* C. 19. n. 7. Georg. Schubhart in disput. *de austraegis* Concl. III. lit. d. J. H. Boehmer in *jure eccles. protest.* L. III. Tit. IX. §. 23. Neque etiam argumenta Ickstatii aliquid habent sub recessu, quoad 1) enim ultro largimur, Capitula metropolitica et cathedralia, quatenus suos Archi- et Episcopatus non repraesentant, superioritati territoriali esse subjecta, certum etiam est 2) defunctis Archi- et Episcopis Ecclesiarum metropoliticarum et cathedralium jura haud interire, et eundem manere territorii statum, qualis fuit sede plena, nec etiam Capitula quoad ordines fiunt Archi- et Episcopi, verum saltem quoad subjectum jura Ecclesiis annexa exercens fit mutatio, dum eadem jura, quae sede plena exercuerunt Archi- et Episcopi nomine suarum Ecclesiarum, eadem jura exercent sede vacante nomine earundem Ecclesiarum Capitula: et simili ratione 3) cessat partim per ea, quae supra ad b) fuere deducta, partim exinde, quod Capitula secundum pariter dicta duplicem repraesentent personam, et quatenus Ecclesias suas privative repraesentant, sic in hac qualitate Episcopatuum et Principatuum suorum nomine utique omnia gerunt, et illis annexa jura exercent, qualiter sede repleta subsistebant. *Ad* 4) falsum est, quod per obitum Archi- et Episcoporum Capitulis nova qualitas haud accedat; sede vacante enim sola repraesentant easdem Ecclesias, quas sede plena repraesentaverant Archi- et Episcopi, et in hac etiam qualitate Episcopatuum et Principatuum jura exercent eo modo, ac illa exercuerant Archi- et Episcopi. *Ad* 5) autem Ickstattius haud inconcinnius Capitula metropolitica et cathedralia comparare potuisset, quam dum illa cum delegatis commissariis sequestrariis in similitudinem adduxit; falsum enim pariter est, Capitula ex delegatione perpetua in vicariam administrationem subintrare, et nomine futuri successoris cuncta peragere, siquidem Capitula sede vacante non sunt vicarii Episcoporum, nec ullius delegati, sed jure proprio radicali suas repraesen-

tant Ecclesias, et quidem ea ratione, ac illas repraesentant Episcopi sede plena, nomineque harum Ecclesiarum jure repraesentationis, nullatenus autem ex delegatione vel nomine futuri successoris cuncta peragunt

§. II.

Superioritas territorialis sede vacante transit ad Capitula.

Superioritas territorialis est complexus jurium ad exercendum regimen necessariorum *a*) Imperatori et Imperio subordinatus, cujus partes integrantes dicuntur regalia. Quod Ecclesiis metropoliticis et cathedralibus immediatis in Germania annexa sit haec superioritas territorialis, et sede plena Archi- et Episcopi haec regalia *jure et nomine suarum Ecclesiarum* solummodo exerceant, innumeris probari posset diplomatibus Imperatorum Regumque Germaniae, producam autem nonnisi documenta moguntina et bambergensia, quae thesin hanc extra omnem ponent contestationem, et quidem quoad priora jam

1) Otto M. in diplomate de A. 924 confirmavit Willigiso Archiep. moguntino „ Abbatias tam canonicas, quam monachicas Ecclesias, *monetas*, *et telonia*, „ *villas quacunque regione sitas sede moguntine appertinentes*, colonos etiam *in* „ *quacunque ejusdem potestatis terra* positos cum omnibus rebus ac possessionibus „ *ad hanc sedem jure legaliterque pertinentibus.*"

2) Otto II. Imp. in diplomate A. 983 eidem Willigiso concesso non solum confirmavit omnia jura, quae in Pinguia civitate habuit Ecclesia moguntina, „ verum et quicquid proprii juris ibidem hucusque continuit (Otto Imper.) „ *ad Ecclesiam archiepiscopalem in urbe moguntina constitutam et in honorem Sti* „ *Martini consecratam*, cui idem Willigisus Archiepiscopus *praeesse* videtur, in „ propriam mancipando donavit hoc scilicet tenore: „ quod praenominatus Archi- „ episcopus, aliique post eum ejusdem Ecclesiae protopraesules praefatum jus „ potestative infra et extra Pinguiam civitatem in omnibus rebus ubicunque po- „ sitis, vel cujuscunque beneficio detentis illuc jure pertinentibus possideant, et „ banno sub territorio ejusdem civitatis et in locis contiguis dehinc eo banno, „ quod vulgariter Bannpfennick dicitur, cis Rhenum a ponte . . . caeterisque „ utilitatibus omnibus in moneta, vinetis, mancipiis utriusque sexus, curtibus, „ aedificiis, silvis, venatu, omnique silvatica utilitate, pratis etiam et pascuis, „ aquis aquarumque decursibus, piscationibus et naulo ab utrisque fluviis et „ Rheno

a) Conf. I. P. Art. VIII. §. 1.

„ Rheno et Haulo accipiendo, quod illam traditionem respiciat, nec non terris „ cultis et incultis, molendinis, motis vel movendis, viis et inviis, exitibus et „ reditibus, quaesitis et acquirendis cunctis pertinentiis."

3) In alio diplomate ejusdem Ottonis II., cui annus non fuit appositus, dicitur „ quod ab Uta venerabili matre praefati Regis (Ludovici) *b*) *ipso etiam* „ *regio decreto consentiente ad Ecclesiam S. Martini, quae est infra moguntiacum* „ *murum sita, ubi sedes episcopalis est*, cui tunc temporis venerabilis Hatto Archi- „ episcopus praeesse videbatur, . . . donata sit curtis Longenstein *c*) in pago „ Einriche in comitatu Hugonis cum omnibus rebus illi rite cohaerentibus, Ec- „ clesiis, curtibus, aedificiis, teloniis, mancipiis utriusque sexus etc. quibus ve- „ nerabilis praenominata matrona Uta usa est etc."

4) Otto III. Imperator A. 996 „ Forenstein *d*) et bannum suum, et „ ejusdem banni usum *S. Martino, ejusdemque Ecclesiae provisori* scilicet fideli „ suo Willigiso venerabili Archiepiscopo suisque successoribus in proprium po- „ testative tradidit . . . et hunc praedictum Forenstein, ut praedixit, *ad altare* „ *S. Martini* donavit ea ratione, ut nemo mortalium in eodem Forenstein venari, „ vel feras inquietare audeat, nisi ab ejusdem Ecclesiae protopraesule licentiam „ accipiat."

5) Henricus IV. Imperator in diplomate A. 1056 concesso Ludbaldo Archiepiscopo moguntino, qui attulit ipsi „ praeceptum Dni Genitoris B. memo- „ rie Henrici Imper. Augusti, aliorumque Regum et Imperatorum praecepta, in „ quibus scriptum inveniebatur, qualiter *ipsa sedes moguntiacensis Ecclesiae* cum „ Ecclesiis, cellulis, vicis ac villis vel aliis rebus omnibus illuc jure pertinentibus „ sub tuitione immunitatis semper fuisset munita," et his praeviis idem Henricus „ IV. „ *praefatae Ecclesiae* concessit, quatenus nullus judex, comes, dux etc. „ invadere audeat *Ecclesiam* vel parochias, cellas, villas, aut agros, *seu reliquas* „ *possessiones praedictae sedis, quas hactenus jure possedisse visa est* in quibuslibet „ pagis,

---

b) Scilicet Ludovici sic dicti Infantis, filii Arnulphi Regis, cujus conjux fuit haec Uta. Conf. Hübneri *tab. geneal.* XXV. non autem dicitur Regina, sed tantum *venerabilis mater* et *venerabilis matrona*.

c) Hodie *Lohnstein*: in cujus donationis compensationem praedicta Vta ab Hattone Archiepiscopo moguntino curtem Bischofsheimb in pago Tuberione usufructuarie tantum ad dies vitae suae suscepit vi dicti diplomatis.

d) Fuit silva prope Erbach in Rhingavia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„ pagis, vel quidquid ab anteceſſoribus ejus vel caeteris fidelibus jam illuc datum
„ eſt, vel quae deinceps *in uſus ipſius Eccleſiae* ſuperna pietas addere voluerit."

6) Idem Henricus IV. A. 1064 „ praedium quoddam *propter amorem Dei*
„ *et Sanctorum ſuorum Stephani et Martini*, et propter fidele ſervitium fidelis
„ ſui Archipraeſulis Sifridi *ad Eccleſiam in Moguntia Stephani et Martini e)*
„ *donavit.* Situm autem eſt in pago quodam Wetereiba nuncupato in comitatu
„ Bertholdi comitis, et locus ipſe Orbaha *f)* vocatus, quem cum caſtro et cae-
„ teris appenditiis ſcilicet terris cultis et incultis, agris, campis, pratis, paſcuis,
„ ſilvis, venationibus, piſcationibus, *ſalinarum fontibus*, aquis, aquarum decur-
„ ſibus, . . . et cum omni utilitate, quae ullo modo inde provenire poterit, *ad*
„ *Eccleſiam ſupra praedictorum Sanctorum Dei tradidit et confirmavit.*"

7) Friderius II. Imp. A. 1232 donavit *Eccleſiae moguntinae principatum Eccleſiae lauriſſenſis* cum omni honore, vaſallis, regalibus etc.

8) Rudolphus habsburgicus Rex Romanorum in diplomate dato apud Nürnberg VI. Cal. Decemb. Regni Anno ſecundo, Indict. III. ait: „ hinc eſt,
„ quod digna conſideratione penſantes *venerabilem Eccleſiam moguntinam utpote*
„ *columnam Imp. principalem*, titulis ab antiquo flore conſpicuis ac honorum et
„ libertatum eximiis dotibus inſigniri, et propter hoc magnopere cupientes, *ut*
„ *ſui famoſi nominis nequeat obnubilari ſerenitas*, neque ſtatus ſui proſperitas lace-
„ retur in aliquo, vel dispendioſe tangatur, preſentium ſerie noſſe volumus uni-
„ verſos tam poſteros, quam preſentes, quod nos devotio venerabilis Wernheri
„ Archiepiſcopi moguntini Principis et Archicancellarii noſtri chariſſimi ſuppliea-
„ tionibus inclinati ad imitationem divorum Imp. et Regum Romanorum prae-
„ deceſſorum noſtrorum illuſtrium *omnes donationes*, *indulgentias*, *gratias*, *liber-*
„ *tates*, *jura et privilegia praedictae Eccleſiae mogunt.* a clarae recordationis Fri-
„ derico ultimo Rom. Imp., praedeceſſore noſtro ante latam in eum papalem
„ excommunicationem et depoſitionis ſententiam, et a ſuis anteceſſoribus Dnis
„ Rom. Imperatoribus et Regibus data et conceſſa de benignitate regia ex certa
„ ſcientia liberaliter renovamus."

9) Carolus

---

e) Prima etenim Eccleſia metropolitica moguntina, prout jam notavit SERARIUS, dedicata fuit S. Stephano Protomartyri, ſecunda autem a Willigiſo excitata fuit quidem etiam dedicata S. Stephano, verum et ſimul S. Martino, cujus cultus in medio aevo tantae fuit celebritatis, ut nonniſi de S. Martino poſtea fuerit facta mentio, praeſertim dum Willigiſus novam collegiatam in honorem S. Stephani aedificavit Eccleſiam.

f) Hodie *Orb*, ubi ſalinaria eſt officina.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

9) Carolus IV. Imp. in diplomate de A. 1348 edixit: „ Sane ad nostrae „ venerabilis Gerlacus Archiep. mog. accedens praesentiam Majestatis nobis hu- „ militer supplicavit, *quatenus privilegia, libertates, jura et possessiones praefatae* „ *Ecclesiae mog. approbare et confirmare nostra authoritate regia dignaremur*, „ nos itaque . . . *praefatam Ecclesiam mogunt.* praesertim *contemplatione dicti* „ *Archiepiscopi legitimi sui sponsi*, honoribus dulcorosis, et gratiosis favoribus, „ quantum nobis desuper permittitur, amplecti summopere cupientes, *omnes et* „ *singulas libertates, infeudationes* etc. *ejus* approbamus, renovamus etc."

10) Idem in alio diplomate A. 1349 Capitulo metropolitico moguntino concesso declaravit: „ dafs wir haben angesehen den besondern getreuen und „ willigen Dienst, *die Uns und dem H. R. Reich von dem Stifft von Maintz* g) „ dick und unverdrieslich geschehen seynd, und widerfahren mögen in künfti- „ gen Zeiten, und darumb so bestättigen Wir mit unserm königlichen Gewalt, „ und von sonderlichen Gnaden dem *vorgenanten Stifft* h) alle seine Handvesten, „ Recht,

---

g) Scilicet in effectu per ipsam Ecclesiam moguntinam, seu nomine ejus, et ex ejus mediis et facultatibus per repraesentantes eandem Ecclesiam Archiepiscopos et Capitulum.

n) Praetendit SCHNAUBERT *in der Erläuterung des in Deutschland üblichen Lehnrechts* L. I. S. I. C. III. p. 105. et seq. subjectum regalium esse solos dominos territoriales ecclesiasticos, nullatenus autem ipsas Ecclesias ex hisce fundamentis, et quidem 1) quia in literis investiturae soli status ecclesiastici investiuntur regalibus *proprio nomine, nulla facta Ecclesiarum mentione*; 2) quia in *Pace westphal.* Art. VIII. §. 1. continentur status ecclesiastici sub reliquis statibus secularibus, consequenter superioritas territorialis statibus ecclesiasticis *de se et solis* competit aeque ac secularibus; 3) quia constitutio Friderici II. Imp. de A. 1230. non jus administrationis solum, sed ipsam etiam superioritatem territorialem statibus ecclesiasticis assignat: sed princeps et dominus ejus *plena in ea* (civitate) *gaudeat potestate*. Verum haec omnia non obstant principio a nobis stabilito, quod solis Ecclesiis annexa sint ab Imperatoribus et Regibus Germaniae regalia, consequenter et hae principale sint horum jurium subjectum: nam quoad *primum* falsum est, quod in literis investiturae nulla fiat Ecclesiarum mentio, licet enim non ipsae investiantur Ecclesiae tanquam corpora moralia, investitur tamen vice illarum quivis Archi- et Episcopus *suis* et NB. *suae Ecclesiae regalibus* mit seinen *und seines*

praecipuae hujus superioritatis territorialis et regalia, quae sede plena ab Archi- et Episcopis qua dominis territorialibus exercentur, sunt praeter jus reformandi et introducendi simultaneum religionis exercitium vi J. P. Art. V. §. 31 et 32.

A) Jus recipiendi subditos, et judaeis impertiendi protectionem, nec non exigendi homagium a subditis. *o)*

B) Jus condendi leges et ordinationes in politicis, potissimum jus praecipiendi et inhibendi.

C) Jus dispensandi et largiendi varii generis privilegia. *p)*

D) Jus tam constituendi, quam dimittendi ex justis causis ministros, consiliarios, officiales, praefectos etc.

E) Potestas judiciaria non solum in civilibus, sed et criminalibus, jusque ordinandi judicia.

F) Jus collectandi, quatenus legibus Imp. et capitulationibus caesareis est conforme.

G) Jus belli, pacis, foederum et legationis etc. Quod regimen territoriale Archi- et Episcopatuum ad Capitula sede vacante transeat, hoc acta publica satis contestantur. Sic I) ex praxi notoria quodvis Capitulum tam metropoliticum, quam cathedrale salutatur non solum in supplicis ad illud directis, sed et in literis ab exteris etiam Principibus ad illud datis: *Hochwürdig* (respective gnädig) *regieren-*

---

seines Stifts Regalien und Lehen, qua repraesentans Ecclesiam suam, adeoque non soli domini territoriales ecclesiastici, sed potius ipsae Ecclesiae sunt verum regalium subjectum. Quoad *secundum* utique superioritas territorialis competit statibus ecclesiasticis aeque ac secularibus, negatur autem, quod illis *solis de se* competat, sed illi tantum exercent regalia suis Ecclesiis annexa qua administratores illarum. Ad *tertium* etiam vi constitutionis Friderici II. regalia inhaerent Ecclesiis, dum §. 2. Imp. promisit: " item „ nova thelonia et novas monetas in ipsorum (Principum ecclesiasticorum territoriis „ sive jurisdictionibus eis inconsultis seu nolentibus non statuemus de coetero, *sed* „ *antiqua thelonea et jura monetarum eorum Ecclesiis concessa* inconvulsa et firma con- „ servabimus et tuebimur. "

o) Huc spectat etiam jus praecipiendi preces publicas pro Principe publice persolvendas.

p) Ad haec quoque referenda sunt jura legitimandi, veniam aetatis et moratoria concedendi, etc.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gierendes Domcapitel. II) Rescripta eorum ad vasallos, officiales, et subditos Archi- vel Episcopatuum, quos nominant *unsere liebe getreue*, nec non epistolae, quae ab iis ad exteros scribuntur, uti et literae fiduciales legatorum eorum ad varios imp. conventus, et ad comitia circularia, nec non ablegatorum ad visitationes et revisiones camerales habent ingressum: *Dechant und regierendes Capitel des Erz* - vel *Domstifts zu* N. neque curatum fuit, quod in ultimo conventu visitationis camerae imperialis literis fiduciariis Capitulorum quorumdam sede vacante, in quibus epitheton *regierendes* adhibitum fuit, contradictio a quibusdam aliorum Imp. statuum subdelegatis fuerit facta, sufficit enim tales literas fiduciales ad acta Imp. fuisse positas, et praetensam protestationem reprotestatione repulsam fuisse; quibus III) accedit, quod capitula sede vacante in suis monetis tam usualibus, quam numismatis in conspectu Imperatoris et totius imp. in memoriam regiminis capitularis expresse cusis, ac per universam Germaniam divulgatis, imo ad ipsum Imperatorem transmissis sine ulla unquam contradictione elogia: *Capituli regnantis, eines regierenden Domcapitels, Domcapitelische Regierung* etc. adhibuerint, prout etiam stilo in universa Germania in actis publicis numisque recepto tempus sedis vacantis *das Domcapitelische interregnum* compellatur *q*): exercent autem capitula suum regimen interimisticum per eadem organa, quibus utuntur Archi- et Episcopi sede plena, scilicet per consilia aulica et regiminis, nec non, ubi recepta sunt, per inferiora regimina provincialia, aliaque dicasteria consueta; tenentur haec dicasteria quoque in omnibus negotiis (sicut Episcopis sede plena) referre Capitulis regnantibus, ac resoluta ab ipsis expectare, expeditiones quoque a dicasteriis factae sigillo capitulari muniuntur e. g. *gegeben Mainz unter des hohen Domstiffts aufgedrucktem Insiegel Montag den* etc. et haec omnia scribimus ipsa praxi edocti. Quod etiam omnia supra recensita jura et regalia, quae Episcopi sede plena exercent, sede vacante ab antiquis, potissimum autem a temporibus P. W. usque ad novissima exercuerint et adhuc exerceant capitula metrop. et cath. in Germ. hoc docent manifesta et in conspectu Imperatoris, totiusque Imp. a Capitulis praedictis edita acta tam privata, quam publica, innumera diplomata, nec non protocolla et diaria sede vacante conscripta, sic ad a) sede vacante saepissime a capitulis recepti sunt novi subditi, et in omnibus territoriis harum Ecclesiarum degentes judaei tenentur ad obtinendam pro tempore sedis vacantis protectionem et tolerantiam Capitulo tanquam domino territoriali (sicut idem obtinet sede plena respectu Episcoporum) solvere certam pecuniae summam vulgo *Schutzgeld*

---

q) Sic in decreto electionis Episcopi frisingensis Ludovici Josephi d. d. 23. Jan. 1769. legitur: „ Reverendissimum igitur Capitulum cathedrale praefata 20. die Nov. (1768) „ cum forma et solemnitate suscepit *regimen interimisticum hujus Ecclesiae frising. tam* „ *in spiritualibus quam in temporalibus* etc.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

geld dictam, quae inter capitulares aequaliter dividitur, et inter emolumenta capitularia sede vacante refertur: homagium etiam speciale quondam pro sede vacante a subditis fuit praestitum Capitulis, subsequentibus vero temporibus occasione juramenti fidelitatis ab Archi- vel Episcopis exacti homagium simul Capitulis pro sede vacante est praestitum, et adhuc praestatur, de quo infra plura *r*). Ad b) prostant innumera inhibitoria ac mandata, nec non ordinationes pro temporis et circumstantiarum exigentia a Capitulis publicatae *s*). Ad c) non desunt privilegia

---

r) Supremi etiam aulae officiales, consiliarii et alii in muneribus publicis constituti Capitulis sede vacante praestare debebant singulare juramentum fidelitatis.

s) Quod Archi- et Episcopi Germ. habeant inter alia regalia suis Ecclesiis annexa potestatem quoque legislativam et vi hujus etiam antecessorum Episcoporum leges in secularibus desuetudine abrogatas iterum innovare, vel alias eorum utilitate seu necessitate territoriorum id efflagitante iterum abrogare possint, nemo facile impugnabit. Cum autem vi saepius allegati *I. P.* Art. V. §. 17. Capitulis competat sine omni exceptione vel limitatione addita *liberum omnium jurium episcopalium exercitium*, sic etiam illis competit potestas legislativa eo modo, prout illam exercere possunt Episcopi: id quod etiam praxis hactenus in Germania usitata Capitulorum ac observantia confirmat: et ex hisce solis jam satis refutatur Ickstatt, qui etiam jus hoc secundum fictitium suum systema denegare voluit Capitulis sede vacante, dum l. c. §. 81. scripsit: „ Idem esto „ judicium (scilicet pariter ad abusus referendum est) quando in vicem legum abro- „ gatarum aut plane novo annisu novas sanctiones ac leges subditis et Ecclesiae, imo „ futuris Episcopis etiam observandas praescribunt.“ Pro rationibus sententiae suae assignavit, quia *a*) solis Archi- et Episcopis haec potestas legibus Imp. data est in *I. P.* Art. VIII. §. *gaudeant*; b) quia statuta et leges condere perinde ut latas abrogare ad gravioris momenti negotia pertineat, at vero, quae ejus generis sunt, intacta a Capitulis relinquenda sunt; c) eatenus provocat Ickstatt ad exemplum collegii cardinalitii sede pontificia vacante; ast etiam hae rationes nullius sunt valoris, nam ad a) falsum est, quod solis Archi- et Episcopis ratione suarum personarum haec potestas legibus Imp. data sit, contrarium enim docet saepe cit. *I. P. Art.* V. §. 17. Ad b) statuta et leges pro necessitate et utilitate territorii ac salute publica condere, et latas vel injustas vel pro circumstantiis nocivas abrogare non spectat ad illa negotia gravioris momenti, quae Capitulis sede vacante inhibentur, nec c) procedit argumentum a collegio cardinalitio ad Capitula germanica, quae pro se habent leges Imp. et observantiam, et constituta sunt in manifesta possessione; mitigavit autem postea etiam Ickstatt ipse sibi non satis constans suam sententiam, et Capitulis saltem aliquam iterum largitus est potestatem legislativam, dum §. 83. porro scripsit: „ ne- „ que tamen Capitulis flagitantibus ita circumstantiis leges provisorias intermisticas „ et temporarias condendi facultas denegari potest, cum enim Capitulis metrop. et „ cath. interea temporis incumbat, ut, quae salus tum Ecclesiae, tum territorii et „ Imp. protulit, provida cura ordinent, quidni quoque proficuas in hunc finem con- „ stitutiones temporarias promulgent?“ leges autem ultra tempus sedis vacantis duraturas condendi facultatem denegavit hicce dictator; verum in legibus Imp. non occurrit noviter inventa haec limitatio, quodsi enim possit Capitulum pro salute terri-

territorii temporarias condere leges, poterit etiam pro eadem salute et bono publico facere constitutiones etiam ultra tempus sedis vacantis, et tam diu duraturas, donec ab Episcopo successore mutatis rerum circumstantiis iterum abrogentur. Imo majores adhuc tricas Capitulis facere adnisus est Ickstatt sede vacante circa legum anteriorum ab Episcopis latarum abrogationem, et ut sua figmenta redderet vero similia facile credulis, eatenus nonnisi abusus affinxit Capitulis, dum l. c. §. 80. edixit ad tertium (praetensum scilicet) abusum Capitulorum referendum esse, „ quando Capitula leges a defuncto Principe latas pro arbitrio ac privatis saepe ex causis abrogandi potestatem sibi asserunt, administatio quippe tantum interimistica ac provisoria Capitulis competit in eo consistens, ut Archi- et Episcopatus regantur et judicentur secundum normam regiminis, atque leges a Principibus territoriorum dominis latas, eaque ad actum deducantur, quae salutariter ab Episcopis defunctis ordinata fuere, neutiquam vero, ut ea, quae post maturas deliberationes a Principibus statuminata fuere, destruantur, siquidem in tali legum ac sanctionum vicissitudine non potest non salus et utilitas rei publicae ac Ecclesiae fluctuare.“ Verum de committendis ejusmodi abusibus nunquam cogitarunt Capitula, nec unquam probari poterunt; sciunt quidem bene, quod nullus successor Episcopus, consequenter nec Capitula sede vacante leges ab Episcopo antecessore salubriter et cum matura deliberatione latas pro solo arbitrio, et privatis ex causis, seu ex mera malitia destruere possint, ast de hoc solo casu vertitur quaestio: *an vi potestatis legislativae sibi competentis Capitula eo in casu, ubi patriae salus et reipublicae utilitas id exigit, leges ab antecessore Episcopo inique latas, et reipublicae pro circumstantiis nocivas abrogare possint?* quae autem facultas Capitulis a nemine sanae mentis denegabitur, hac enim ratione non fluctuat, sed stabilitur potius salus et utilitas reipublicae; agnovit equidem ex post etiam ipse saepius vacillans Ickstattius l. c. §. 32. tales casus contingere posse, dum subjunxit: „ quodsi tamen legem aut sanctionem quandam demortui praesulis in evidens Episcopatus aut territorii damnum vergere appareat, nec sine magnis molestiis in effectum deduci queat;“ negavit tamen etiam hoc in casu Capitulis facultatem abrogandi tales leges licet ex supposito manifeste injustas, sed permisit illis saltem potestatem tales leges suspendendi, donec alius Archi- aut Episcopus fuerit suffectus, qui causa cognita et examinata, legis sive utilitate, sive iniquitate perpensa eandem aut confirmet aut abroget: ast quid magis inconcinnum excogitari potest hocce ratiocinio? supponit etenim Ickstatt legem a demortuo praesule latam fuisse, quae in evidens Episcopatus et territorii damnum vergit, nec sine magnis molestiis in effectum deduci potest, et tamen vult talem legem a sequente demum Episcopo (Capitula enim sede vacante secundum Ickstattium omni judicio et ratione destituta esse debent, ut nesciant, quid sit justum et quid iniquum) examinandam vel confirmandam vel abrogandam esse: frustra enim suspenditur saltem vel denuo examinatur et confirmatur lex, quae Episcopatui et territorio in evidens damnum vergit; pro fundamento autem suae assertionis et denegatae Capitulis potestatis abrogandi etiam manifeste iniquas Episcoporum leges assignat: *quia leges in totum abrogandi potestas nulli alii, quam ei, qui leges ferendi potestate instructus est, adscribi nequit, potestatem autem ferendi leges habent soli Episcopi, non autem Capitula.* Verum pro ratione allegat id, quod in quaestione est, negatur enim potestatem ferendi leges habere solos Episcopos, nam hanc quoque ex deductis habent Capitula sede vacante eo modo, quo sede plena illam habent Episcopi. Denique Ickstattius decies comparavit Capitula cum tutoribus Principum secularium, et ab his ad illa fuit argumentatus; quod autem tutores tanquam regentes gaudeant facultate abrogandi leges anteriores, et ferendi novas etiam ultra tutelae tempus valituras, donec iterum a Principe majorenni abrogentur, hoc ex quoti-

gia varii generis auctoritate Capitulorum concessa *t*). Ad d) omnia tam inferiora quam superiora judicia, veluti aulica et criminalia sede vacante exercent suam jurisdictionem nomine Capitulorum, processus etiam et alia rescripta judicialia appositis Capitulorum sigillis expediuntur: saepissime quoque novi judiciorum assessores constituuntur. *u*) Ad e) collectae in Archi- et Episcopatibus legitime introductae sede vacante continuantur. Ad f) res militaris quoque continuatur sede vacante, dum saepe conscribuntur milites, vel leguntur ex subditis; saepius quoque ad exercitum Imp. vel ad exteros vi pactorum in auxilium missae sunt copiae a Capitulis; tempore diffidationum praesertim quandoque Capitula finiverunt bella ab Episcopis incepta inita pace, prostant quoque exempla initorum cum exteris foederum et pactorum; cum igitur notorium sit, quod Capitula ab antiquo exerceant sede vacante omnia regalia superioritatem territorialem constituentia, et ipsis praesidio sint antiqua non interrupta possessio, observantia continua, et idem titulus, qui Archi- et Episcopis sede plena inservit, scilicet quod adinstar Episcoporum repraesentent sede vacante Ecclesias suas, in quibus omnia illa regalia radicantur, sic sequitur, quod a nemine, multo minus ab Imperatore, qui vi capitulationis est protector Ecclesiarum et Capitulorum metrop. et cath. et eorum jura, statuta

---

quotidiana praxi notorium est, cur autem quoad hocce caput quaestionis non etiam a pari argumentatur ICKSTATTIUS?

t) Sic neo-electus Diethericus Archiep. mog. confirmavit Amenoburgensibus die *S.* Matthaei Apost. et Evang. A. 1440. „ Alle soliche Gnade und Fryheit, die Unser Vorfahrer Ertzbischöffe zu Mentze *und unser Cappittel* ine gethan und verlühen hand, und „ die auch mit iren Insiegeln versiegelt haben. " Idem confirmavit Nuwenburgensibus alle soliche Gnade und Fryheit, die Unser Vorfarer Ertzbischöffe zu Mentze mit unserm Cappittul in gethan, gelichen, und versiegelt han, an diesen vorgenanten Sachen nemen wir uſs unser *und unsers Stiffts* Recht, Fryheit, und Gewonheit. Die 2. post Festum S. Mauritii A. D. 1440.

u) Quod Capitula sede vacante ab antiquis temporibus usque ad novissima tempora varii generis officia secularia et honorum titulos contulerint, hoc patet ex continua praxi, ex innumeris diplomatibus et protocollis sede vacante conscriptis: quod etiam officiales ex justis causis dimittendi facultatem jam sec. XV. exercuerit Capitulum metrop. mog., hoc ex plurimis constat instrumentis, quorum unum saltem juvat allegare, sic in documento Theodorici Archiep. mog. de A. 1436 legitur: „ Wir hahen auch dem„ selben Hans Nothhafft für uns, unser Nachkommen *und Stifft* unser Ampt zu „ Diepurch verschrieben, also dafs er das inne habe, und Wir, unser Nachkommen, „ *oder Stifft* (scilicet Capitulum) *ihn davon nit absetzen wollen* " consensit eatenus etiam Capitulum „ und Wir Peter Echter Dechant, und das Cappittel gemeneglich „ des Dums zu Mentze bekennen, dafs alle und igliche Stucke, Puncte und Artikel „ wie die hievor geschrieben steen, mit unserm guten Willen, Wissen und Verheng„ nis zugangen, und gescheen sin. "

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tuta et obſervantias manutenere tenetur, in iis ulla ratione turbari poſſint: hiſce praeviis autem nova oritur quaeſtio inter doctores juris publici aliquoties pro et contra agitata: *an exercitium ſuperioritatis territorialis competat ſede vacante Capitulis ipſo jure an vero ex poteſtate nude adminiſtratoria, vicaria et delegata ab Imperatore qua ſupremo domino directo feudorum Imperii?*

§. III.

Varii doctores Capitulis infenſi defendunt eorum exercitium regalium ſede vacante fundari in ſola poteſtate vicaria ab Imperatore delegata.

Sententiam hanc nonnulli defendere conantur ex ſequentibus fundamentis, et quidem dicunt, quod

1) Illi jure conſulti, qui Capitulis metrop. et cathedr. in Germ. ſede vacante exercitium regalium tanquam facultatem proprio jure competentem vindicare volunt, theſin ſuam fundent vel in praetenſo quodam condominio radicali et hereditario (*in einer Grund- und Erbherrſchaft*) bonorum, territoriorum, jurium, et regalium Eccleſiis metrop. et cathedr. annexorum, vel in jure accreſcendi jurium epiſcopalium et territorialium: *a*) neutrum autem ſit fundatum „cum radicatum „ et primaevum aliquod dominium in bona et jura Epiſcopatuum Capitulis ſive „ metrop. ſive cath. nulla ratione aſſeri valeat *b*), et ad ſuavia et inania potius ſomnia referenda ſit illa recentiorum doctrina Capitula ex jure quodam accreſcendi ſede vacante ad adminiſtrationem interimiſticam vocari ſtatuentium, utpote „ quod ſine radicali et fundato in ipſo Epiſcopatu originali aliquo dominio concipi „ nequit *c*). Enim vero uti ratio corporis, quam Capitulum habere dicitur cum „ Epiſopo Cap. 4. X. *de his, quae fiunt a prael.* etc. ſi ſano et canonibus conformi ſenſu intelligitur, haud impugnanda, nec in arduis negotiis Capituli conſenſum exquirendum eſſe, abnuendum eſt, ita quod ſomniant poteſtatis et regiminis participationem, nullo prorſus fundamento ſubnititur, et figmenti inanis „ potius loco habendum eſt, quodſi enim ſede vacante poteſtas et regimen ex „ effecto accreſcendi jure ad Capitulum rediret, totum utique, et qua late patet, „ epiſcopale regimen, a Capitulo, exerceri poſſet, conſequenter quod Epiſcopus „ non-

a) Ickstatt *Opuſc. jur.* T. II. Opuſc. VII. cit. *de Capitulorum metropol.* etc. in praefat. p. 372. et §. 45. p. 402.

b) Ickstatt l. c. §. 45. p. 402.

c) Ickstatt l. c. §. 47.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„ nonnisi cum consensu Capituli peragere poterat, id sede vacante solum Capitu-
„ lum perficere, consequenter et absque alterius assensu et consilio bona alienare
„ posset, quod autem absurdum. "

2) Quod Capitula metrop. et cath., quemadmodum sede plena nonnisi pro statibus provincialibus, ubi hi sunt recepti, vel pro landsassiis superioritati territoriali Archi- et Episcoporum subjectis habendi sunt, sic etiam sede vacante nec ad immedietatem, nec ad superioritatem territorialem evehantur, cum *in status provinciales superioritas territorialis relabi non possit d)*; „ et in Germania omnia Ca-
„ pitula tam metrop. quam cath. Principum suorum Archi- et Episcoporum po-
„ testati territoriali subjecta, et tam quoad personas, quam quoad res et bona Ca-
„ pitulorum inter veros landsassios collocanda sint, quandoquidem igitur . . .
„ statu capitularium qua talium et in se manente prorsus eodem, qui fuit vivo
„ Episcopo, ita ut in subjectionis territorialis et landsassiatus qualitate nihil immu-
„ tetur, nemo igitur sanus Capitula fieri immediata statuere queat, et quidem non
„ magis, quam comes, baro, aut consiliarius landsassius Principis Imp. minoren-
„ nis tutor constitutus ad immedietatis fastigium evectus esse asseri cum ratione pos-
„ sit; " *e)* mediatus autem landsassius non queat habere superioritatem territoriale ne quidem per praescriptionem *f)*; altera ex parte autem cum

3) Superioritas territorialis ab Imperatore et Imp. non aliter quam mediante investitura transferatur, consequenter nec ullus alius, ac ille, qui ab Imperatore justo ordine superioritate territoriali investitus fuit, regalia exercere valeat, Capitula vero metrop. et cath. ex notorietate sede vacante nullam accipiant investituram „ Principes enim ecclesiasticos Archi- et Episcopos, neutiquam vero eorun-
„ dem metrop. aut cath. Capitula regalibus ab Imperatore et Imp. investiri expe-
„ rientia quotidiana atque investiturarum ubivis obviae literae comprobent; sicut
„ igitur ipsi Archi- et Episcopi per concessionem hancce et investituram caesaream
„ ad territorialis regiminis et regalium exercitium habilitentur, quis dubitet sede
„ vacante aut alia ex causa canonica impedita, quum, qui de regalibus investitus
„ sit,

---

d) Hertius in diss. *de specialibus Rom. Germ. Imp. rebus publ.* §. 36. Wildvogel in diss. *de statibus provincial.* §. 46. Sam. Stryck in diss. *de statibus provincial.* C. I. n. 21.

e) Ickstatt l. c. §. 66. p. 422.

f) Christ. Thomasius in diss. *de praescriptione regalium ad jura subditorum haud pertinente.* Ickstatt in diss. *de superioritatis nec non regalibus juribus dolo aut negligentia ministrorum aut officialium Principis haud praescribendis.* Joh. Henr. a Seelen in diss. *de modo finiendi superioritatem territorialem.* Mich. Grass in diss. *de praescriptione superioritatis territorialis acquisitiva.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„ sit, non existat, Capitula eadem ex tacita quadam Imperatoris et Imp. delega-
„ gatione interimistica et usque ad novi praesulis electionem aut sublatum impedi-
„ tum administrare " g) consequenter quod

4) Post mortem Archi- vel Episcopi germanici jura superioritatis territoria-
lis proprie ad Imperatorem revertantur, unde in ejus arbitrio sit constitutum, an
sede vacante Capitulo, an vero alteri extraneo exercitium regalium ex delegatione
tacita vel expressa conferre velit *h*), ratione cujus ita se exprimit Ickstatt l. c.
„ cave tamen existimes, Imperatores sede aut impedita aut vacante etiam aliis sive
„ secularibus sive ecclesiasticis personis regalium jurium exercitium committeudi
„ facultate omni excidisse: contrarium potius, siquando bonum Episcopatus aut
„ jurium Imp. conservatio id flagitare videretur, multoties ipso facto comproba-
„ runt " (allegatis duobus exemplis Henrici VI. et Caroli IV. Imp.) et hosce
jurisconsultos simili doctrina praeivit auctor scripti sub titulo: *Ad dubium propositum: an Capitulum cathedralis Ecclesiae herbipolensis sede vacante temporalia, politica et regalia jura exerceat per se, seu jure ordinario episcopali, vel an cum literis August. Imperatoris, vel quo jure denique?* inter adjuncta *deductionis* cit. nomine Episcopi herbipolensis A. 1697. divulgatae sub rubro: *Factum et jus* etc. sub num. 67. p. 403. et seq. *i*) Quod autem si

5) Ab Imperatoribus administratio regalium sede vacante Capitulis ex gratiosa
delegatione tacita relinquatur, Capitula hujusmodi non alia ratione, ac olim consti-
tuti ab Imperatoribus missi regii habendi sint: „regalia enim superioritatis jura, et
„ temporalia Episcopatus bona non Capitulis, sed Episcopis et Ecclesiae propria
„ sunt, neque aliis, praeterquam his, ab Imperatoribus et fundatoribus concessa
„ aperte intelliguntur, ita quidem, ut sede vacante vel impedita Archi- et Epis-
„ copatibus salva quidem manerent, eorundem tamen administrationem Imperato-
„ res sibi reservarent missis comitibus, aliisque ab Imperatoribus delegatis ut plu-
„ rimum concreditam; quae igitur ab interregni temporibus Capitulis tacito Im-
„ peratorum adnutu permittitur horum jurium bonorumque administratio, eam or-
„ dini hierarchico mere accidentalem, nec nisi vicariam atque administratoriam
„ esse nemo non perspicit, funguntur nimirum Capitula missorum atque delegato-
„ rum vicibus hac observata differentia, quod, qui olim interimistici illo tempore
„ perve-

---

g) Cit. Ickstatt l. c. §. 63. p. 410. et Hertius in citata diss.

h) Hertius l. c., Ickstatt l. c. §. 42. p. 399.

i) Exstat etiam haec deductio in Lünigii *sel. script. illustr.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„ pervenere fructus Imperatoribus et fisco regio cederent, nunc autem futuro „ successori afferendi veniant. “ *k*) Ex quibus omnibus

6) Apparere videtur, quod potestas illa, quam Capitula metrop. et cath. sede vacante circa regalia exercent, haud involvat superioritatem territorialem proprio jure competentem, sed solummodo potestatem mere vicariam, nude administratoriam, et nonnisi ab Imperatore delegatam, non proprio sed alieno nomine competentem, et quidem eo certius, cum etiam ipsa potestas sacra episcopalis sede vacante ex jure a Pontifice delegato ad Capitula pervenerit, „ *demortuo Episcopo* „ *enim jurisdictio ecclesiastica episcopalis ad S. Sedem ex fundato in ipso regimine* „ *hierarchico jure devolvitur, cujus proin vicibus Capitula ceu administratores in-* „ *terimistici defunguntur, donec alius per electionem Episcopus constituatur. l)*“ Sed etiam

7) Capitula saepe dicta tam quoad exercitium jurium sacrorum *m*), quam etiam quoad profana et regalia *n*) sint non nisi tutores Ecclesiarum viduatarum, potestas autem tutoria sit mere administratoria. *o*) Quod igitur tam parum

8) Capitula metrop. et cath. jure proprio succedere possint Episcopis sede vacante in superioritate territoriali, quam parum ad normam canonum succedere possunt in illis rebus, quae jurisdictionis delegatae, vel ex speciali privilegio Episcopo competunt, praesertim cum regimen territorii inter res arduas sit numerandum, quarum autem expeditio capiti Ecclesiae unice reservata est, et quidem praecipue in iis casibus, ubi cum fundamento, quod sedis vacantia non longo duratura sit tempore, praevideri potest, *p*) et hisce quoque accedit

9) Variorum jureconsultorum, qui haecce principia adoptarunt, auctoritas, dum partim Capitulis sede vacante superioritatem territorialem denegant, partim autem,

---

k) Cit. Ickstatt l. c. §. 52. p. 408.

l) Ickstatt l. c. §. 46. p. 403.

m) Cap. 3. *de suppl, negl. prael.* in 6. Fermosinus *de potest. Capit. sede vacante* Q. I. Pignatelli *Consultat.* T. V. cons. 24. n. 3.

n) cit. auctor scripti: *An Capit. cathedralis herbipol. sede vacante temporalia*, etc. et allegatus ab ipso pag. 407. *Patronus causae pro Eminent. et seren. Electore Colon. Josepho Clemente qua Episcopo leodiensi contra ejusdem Ecclesiae cathedrale Capitulum.* Icksttatt l. c. §. 409.

o) Doctores ad tit. D. *de administratione et periculo tutorum* et *curatorum.*

p) Auctor citati scripti: *An Capitulum cathedrale herbipol.* etc. Joh. Jac. Moser in dem *Staatsrecht* T. XII. §. 54. §. 3. p. 160. Ickstatt l. c. §. 45.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

autem, quod Capitula regalia nonnisi mero administratorio nomine et ex delegatione caesarea exerceant, defendere conantur: inter quos jureconsultos referendi sunt passim defensores jurium episcopalium contra Capitula metrop. et cath., et quidem in specie citati HERTIUS, ICKSTATT, GEORG. DAV. STRUBEN *in den N. ST. I. Th. p. 1. et seq.* GEORG. LUD. BOEHMER *in princ. jur. can.* §. 573 et seq. p. 366.

§. IV.

Verum potius Capitula metrop. et cath. sede vacante jure proprio exercent regalia.

Cum autem 1) bona, fundi, territoria, jura, libertates, privilegia et regalia ipsis Ecclesiis metrop. et cath. annexa ab Imperatoribus, Regibus, Principibus, aliisque fundatoribus et benefactoribus non fuerint donata et collata Archi- et Episcopis, sed solis Ecclesiis metrop. et cath., vel potius Sanctis, quibus praedictae Ecclesiae fuerunt dicatae; conferantur passim *codices traditionum et probationum historiae Ecclesiarum germanicarum*, ubi fere innumera eatenus diplomata occurrunt, et VAN ESPEN *in jure eccles. univ.* P. I. t. IX. c. 2. §. 2. qui scribit: *jura et praerogativae Episcopatui magis, quam personae Episcopi concessae fuerunt* a). Jam autem

2) A temporibus Chrodogandi Episcopi metensis et expost in concilio aquisgranensi A. 816. a Ludovico Pio Imp. publicatae formulae institutionis canonicae (a quibus Archi- et Episcopi, ac canonici Ecclesiarum metrop. et cath. in Germ. communem vitam inceperunt) unum corpus unitum constituerint, consequenter non solus Episcopus, sed Episcopus et Capitulum simul Ecclesiam cathedralem repraesentarint, et adhuc repraesentent; „ Capitulum enim vivo „ etiam Episcopo in partem sollicitudinis vocatum et *unum cum eo corpus constituit, cujus Episcopus est caput, Capitulum propria membra*, et propterea etiam „ canonici cathedrales dicuntur *pars corporis Episcopi*, et sicut Cardinales et Papa, „ ita Episcopus et Capitulum dicuntur fratres; MENOCHIUS consil. 52. n. 40. et seqq. et consil. 257. n. 22. et seqq. fueruntque Capitula cathedralia in eum „ praeci-

a) Add. THOMASSIN *de vet. et nova Eccl. disc.* P. III. L. 3. C. 26. et seq. MURATORIUS in *antiquitat. ital.* T. III. diss. 67. et scriptores, qui egerunt *de feudis Ecclesiae oblatis*, unde notissimae sunt formulae: *ad interventum Archi- vel Episcopi N. sanctae Ecclesiae moguntinae, spirensis etc. S. Mariae ad spirensem Ecclesiam, sanctae Dei Genitrici Virgini Mariae spirensi, sancto Martino moguntino, ad altare S. Martini, sancto Corbiniano* etc. *donavimus* etc. Vid. supra producta diplomata moguntina et bambergensia; quibus accedit, quod plures villae regiae, multaque praedia cum territoriis et juribus annexis ad usus fratrum seu Capitulorum fuerint donata, quae facta bonorum divisione ab Archi- et Episcopis hodie possidentur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„ praecipue finem ordinata, ut Archi- et Episcopis suis in rebus Ecclesiae con-
„ silio ac ope praesto essent, mala Ecclesiae averterent, committendis interdum
„ praelatorum excessibus resisterent, et juncta cum iis opera Ecclesiam illibatam
„ conservarent, quae genuina quoque ratio est, cur Capitula Episcoporum *intimio-*
„ *ra membra et unum cum iisdem corpus efficere* dicta sint, et eo fine declaravit
„ Alexander III. Pont. Cap 4. X. *de his, quae fiunt a prael.* quod Episcopi et
„ fratres ejus *unum corpus* constituant, quod *ille caput, hi vero membra esse dignos-*
„ *cantur.*" Haec sunt verba THOMASSINI l. c. T. III. L. III. C. 1. et 8. consequenter etiam

3) Dominium et dispositio bonorum et jurium, quae ab illo tempore Ecclesiis metrop. et cath. accrevere, ad Episcopos et Capitula simul spectavit, „post regu-
„ lam enim Chrodogangi Ecclesiis cathedralibus Germaniae et Galliae introductam
„ cum canonicis Episcopo erat una domus, una mensa, *una omnium rerum ad Ec-*
„ *clesiam spectantium societas et communio;*" prout ait THOMASSIN. l. c. P. I. L. III. C. 9. §. 11.

4) Natura autem et proprietas bonorum et jurium ad Ecclesias praedictas spectantium, *et originarium eorum dominium commune* facta postmodum inter Episcopos et Capitula separatione et bonorum divisione nullatenus sunt sublata per factam bonorum mensalium separationem a bonis Ecclesiarum communibus, quae Episcopis pro sua sustentatione usufructuarie assignata sunt, cum divisio illa bonorum ecclesiasticorum solummodo quoad usumfructum personarum facta sit, pristinam autem ipsorum bonorum naturam haud immutarit *b*), et inde etiam

5) Episcopi, prout idem ante separationem bonorum juris erat, ita et post separationem factam sine consensu Capitulorum nec minimum bonorum illorum ecclesiasticorum, quae ipsis pro mensalibus assignata fuerunt, alienare, oppignorare vel minuere possunt vi Capit. 1. X. *de rebus Ecclesiae non alienandis c*), consequenter etiam

6) Cum Episcopi et Capitula cathedralia simul non obstante separatione bonorum et cessatione vitae communis semper permanserint corpus Ecclesiam repraesentans, sic etiam administratio Episcopatus, quam vita durante habuit Episcopus, sede vacante tam quoad spiritualia, quam etiam quoad temporalia vi canonum

---

b) GONZALEZ TELLEZ ad. Cap. 2. *de rebus Ecclesiae non alienandis.* n. 2. VAN ESPEN *jur. eccl. univ.* P. II. tit. 32. C. 6. n. 21. J. H. BOEHMER in *jure eccl. prot.* L. III. tit. 20. §. 19.

c) Add. BARTHEL in diss. de eodem argumento et passim canonistae ad dictum titulum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

num ipſo jure Capitulis competit. Capit. 3. et 4. *de ſuppl. negl. prael.* in 6to. Cap. un. *de major. et obed.* in 6to. *d)* „ *Sede epiſcopali vacante enim adminiſtrationis* „ *ſumma Capitulis metrop. et cath. uſu partim, partim canonicis legibus eum in fi-* „ *nem delata eſt, ut vicario ſicut tutorio nomine Epiſcopatus viduati jura in ſa-* „ *cris et profanis procurent* " prout ſcripſit THOMASSIN l. c. P. I. L. III: Cap. 7. cui et accedit LEOP. PILATUS *in originibus juris pontificii* tit. XV. §. 11. et 12. in formalibus: „ firmant inconcuſſum jus Capituli cathedralis regendae Eccleſiae „ ſede vacante patres et canones: Cap. 14. *de major. et obed.*, Cap. un. eod. in 6to, „ Cap. 3. et 4. *de ſuppl. neglig. praelat.* in 6to; ſicut enim cleri (ab initio univerſi, „ poſtea cathedralis) conſilio Epiſcopus vivens et praeſens regebat Eccleſiam, ae- „ quum erat, ut idem Epiſcopo defuncto et abſente notum non deſerat regimen " Haec omnia autem

7) Ex identitate rationis applicanda quoque ſunt ad regalia et jura ſuperioritatis territorialis, quemadmodum enim ſecundum dicta ab Imperatoribus, Regibus, aliisque benefactoribus donata, veluti fundi, villae et territoria non Epiſcopis, ſed Eccleſiis ipſis ſunt collata, ſic et conceſſa ab ipſis reſpective regalia et poſtea territoriis annexa ſuperioritas territorialis non perſonis Epiſcoporum, ſed ipſis et ſolis Eccleſiis jure perpetuo fuere annexa, quod principium juris jam ſeculo XII. univerſaliter tanquam certum fuit agnitum in Germania teſtante OTTONE FRISINGENSI, qui L. II. *de geſtis Frid. I. Imp.* Cap. 12. in MURATORII *ſcript. rerum ital.* T. VI. Col. 707. ſcripſit „quod (ob commiſſam feloniam) non ſolum „ laicorum feuda, ſed et quorundam Epiſcoporum, id eſt, Hartuini Bremenſis „ et Ulrici Halberſtatenſis *regalia perſonis tantum, quia nec perſonis* (Epiſcopo- „ rum) *ſed Eccleſiis perpetualiter a Principibus tradita ſunt, abjudicata fuerint.* " Succedit enim Capitulum cathedrale ſede vacante in jus Epiſcopi, ejusque induit perſonam, licet enim moriatur Epiſcopus, non tamen moritur Eccleſia, cujus nonniſi adminiſtrator fuit Epiſcopus: quam parum igitur

8) Eccleſiae cathedrales in Germania mortuis Epiſcopis jura illis annexa, poſſeſſiones et territoria ad tempus perdunt, tam parum etiam poſſunt perdere ſuperioritatem territorialem et regalia territoriis indiſſolubili nexu conjuncta *cum acceſſorium ſequatur principale, et ſuperioritas territorialis territorio immediato inhaereat, et nonniſi cum territorio transferatur* SCHMAUSS *in comp. jur. publ.* L. III. C. II. §. 5., et ſubjectum formale propriumque ſuperioritatis territorialis ſint ſtatus Imp., aut qui bona jure territorii praedita poſſident. MASCOV. *in princ. jur. publ.* L. VI. C. I. §. 8. HENNINGES *in medit. ad I. P.* Mant. I. ad ſpecim. IV. §. 16. adeoque

9) Falſiſ-

d) Conf. MICH. ROTERMUND in diſſ. *de officio, jure et poteſtate Capituli ſede vacante.* Cap. III. Sect. III.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

9) Falsissimum est figmentum, quod regalia jure perpetuo et inseparabiliter semel in Ecclesias translata mortuis Episcopis ad Imperatorem tanquam dominum directum feudalem revertantur, *ad legitime donata enim Ecclesiis, et renunciata non datur regressus, nec liquet, quomodo jura Ecclesiae et ejus territorio inhaerentia ad Imperatorem queant devolvi.* J. H. Böhmer l. c. T. III. p. 641. et Jo. Laur. Fleischer *in der Einleitung zum Kirchenrecht* p. 110. consequenter nec hic

10) Praeterito Capitulo Ecclesiam unice repraesentante administratorem extraneum, qui nomine caesareo sede vacante regalia jura ad Ecclesiam spectantia ex jure delegato tanquam nudus procurator et mandatarius exerceat, ullatenus potest constituere, cum jus partim ex legibus, partim ex observantia Imp. quaesitum nemini possit auferri, sed potius

11) Capitula cathedralia, quae antea cum Episcopis unum corpus constituerunt, et conjunctim Ecclesiam repraesentarunt, mortuis Episcopis sede vacante reliquam corporis partem continuant, et tunc sola Ecclesias suas indubie repraesentant, „ cum enim ab antiquis temporibus Episcopus cum senatu ecclesiastico seu Capitulo suo omnem suam potestatem exercuerit, unumque cum eo corpus constituerit, ut ait Pontifex in Cap. 4. X. *de his, quae fiunt a prael.* sic quoque extincto Episcopo Capitulum solum suo jure exercet potestatem, quam antea cum Episcopo in plerisque exercebat, quod itaque corpus proprio jure ad regimen Ecclesiae concurrit vivente Episcopo, illud solitarie proprio jure habebit praefecturam mortuo Episcopo praesertim, cum hujus jus sit extinctum, et nemo adsit, cujus nomine et beneficio illam potestatem exercere queat, " prout scripsit J. H. Boehmer l. c. T. III. p. 639. Conf. C. F. Hommel in diss. *de Ecclesiarum cathedralium et collegiatarum Capitulis.* §. 2. Sic hisce praeviis magis fundata sententia eo redit, *quod Capitulis metrop. et cath. in Germ. ipso jure sine ulla delegatione caesarea expressa vel tacita competat exercitium regalium et jurium superioritatis territorialis Ecclesiis hisce perpetuo annexorum*, consequenter illud pro delegata potestate, vicaria et nude administratoria haberi nequeat, et quidem eo minus, cum etiam

12) Capitula annexa suis Ecclesiis perpetuo adinstar regalium et jurium superioritatis territorialis jura voti et sessionis in comitiis Imp. et in conventibus circulorum, directoria, archicancellariatus, et similes praerogativas non ex jure a Caesare delegato, sed proprio suas Ecclesias, quae per mortem Episcoporum nec exstinctae, nec suo loco et ordine motae sunt, repraesentando notorie exerceant vi *I. P.* Art. V. §. 21. supra allegati; quae omnia

13) Non solum observantia Imp. multis seculis continuata confirmantur, dum post tempora sic dicti interregni magni Capitula metrop. et cath. in Germ. usque ad

ad noviſſima tempora ſine omni delegatione caeſarea regalia Eccleſiis ſuis annexa ſemper jure proprio et quidem eo certius exercuerunt, cum in univerſa hiſtoria Imp. a temporibus ſeculi XIII. ne unicum quidem exemplum reperiri poſſit, vi cujus Imperatores penes unam aut alteram Eccleſiam metrop. vel. cath. ſede vacante ex praetenſo redeuntium ad ſe morte Epiſcoporum regalium Eccleſiis annexorum adminiſtrationem ſibi arrogare, vel cum praeteritione Capitulorum alios adminiſtratores conſtituere, vel Capitula tanquam nudos adminiſtratores et procuratores imperiales delegare, atque eatenus illis pro lubitu mandata procuratoria dare tentaverunt, ultra ſeculum XIII. autem (cum ante haec tempora Imperatores mortuis Epiſcopis adhuc jus ſpolii et regaliae exercuerint) adſcendere ſuperfluum foret, praeſertim cum etiam Capitulis tam infenſus Ickstattius l. c. §. 41. „ quod Capitula cathedralia potiſſimum a temporibus, ubi Reges Germaniae regaliae et ſpolii juri renunciarunt, regalium quoque et temporalium jurium adminiſtrationem ſibi vindicarint haud contradicentibus Imperatoribus " fateri debuerit addita ratione: „ perinde nimirum, uti fructuaria tutela in Germania ab uſu recedente eadem agnatis, ad quos commodum ſucceſſionis pertineret, delata fuit, ita pariter Imperatores abdicato juxta cum ſpolii regaliae quoque jure tutelam atque proviſionem, nec non regimen Epiſcopatuum interimiſticum penes eos eſſe paſſi ſunt, queis deſignandi Epiſcopum in feudis et regalibus ſucceſſorem facultas competeret; " jam autem fundatum in canonibus, analogia juris, et multorum ſeculorum obſervantia, et a Capitulis exercitum jus quaeſitum adminiſtrandi nomine Eccleſiarum regalia ad illas ſpectantia nullo modo cum fundamento impugnari poteſt, cum obſervantia Imp. pro lege et norma inſervire debeat *e)*. Unde et, quod Capitulo cathedrali oſnabrugenſi (id quod ex identitate rationis etiam ad alia Capitula metrop. et cath. applicandum eſt) ſede vacante regimen Epiſcopatus et omnium regalium exercitium, quod a reliquis ſtatibus provincialibus osnabrugenſibus impugnari voluit, competat, jam Imperatores Carolus V. A. 1540. et Rudolphus II. A. 1608. in conceſſis eidem Capitulo privilegiis declararunt *f)*. Sed et

14) Rei veritatem comprobat inter leges Imp. fundamentales I P., in quo de utriusque religionis Capitulis cathedralibus in cit. jam Art. V. §. 17.: *libera ſit ubique Capitulo . . tam electio et poſtulatio, quam ſede vacante adminiſtratio et jurium epiſcopalium exercitium*, conſtitutum fuit: conſequenter adminiſtratio Epiſcopatuum

---

e) Kulpis in diſſ. *de obſervantia Imp.* Weber *de jure S. R. I. non ſcripto, vulgo Reichsherkommen.* Christ. Thomasius in diſſ. *de jure conſuetudinis et obſervantiae.*

f) Conf. *die domcapituliſche Vorſtellung wegen Melle* de A. 1721. p. 121. et ſeq. et Car. Gerh. Lodtmann in *delineatione jur. publ. osnabrug.* C. VIII. §. 1.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tuum et jurium episcopalium exercitium (sub quibus juribus episcopalibus autem non solum jura sacra, sed et profana et regalia, quae antea Episcopi exercuerunt, et in Capitula transeunt, ac praecipuum sunt pacis westphalicae objectum, comprehenduntur) Capitulis non ex conniventia vel delegatione caesarea, sed jure proprio ex ipsa Imp. lege resultante competunt g), cum quibus etiam

15) Exceptis paucis illlis jurisconsultis, qui contra Capitula metrop. et cath. suas theses exoticas exposuere, sententia omnium celebrium tam catholicorum, quam protestantium canonistarum et publicistarum, qui de hoc argumento egerunt, et qui defendunt, quod superioritas territorialis Capitulis competat, unanimiter concordat veluti ANT. SCHMIDTII *in instit. jur. eccles.* T. I. p. 330. ROTERMUNDII in cit. diss. praecipue autem J. H. BÖHMERI *in jure eccles.* T. III. L. III. tit. IX. §. 22. p. 638. et Jo. LAUR. FLEISCHER l. c. L. I. C. XVI. § 8. p. 110. Quibus addendi sunt G. L. BOEHMER *in princ. jur. can.* L. III. Sect. IV. T. IX. §. 577. JOH. GEORG. PERTSCH *in elem. jur. can. et protest. eccles.* L. I. T. XXVI. §. 390. JOH. JACOB MOSER *in dem Staatsrecht des churfürstlichen Ertzstiffts Trier* C. 1. §. 37. JOH. JAC. SCHMAUSS *in comp. jur. publ. S. R. I.* L. II. C. XVI. §. X. Quemadmodum autem

16) Capitulis metrop. et cath. secundum supra memorata sede vacante jus comitiorum Imp. et circularium potissimum ea ex causa competit, quia jus illud una ex parte Ecclesiis archi- et episcopalibus, quas Capitula repraesentant, competit, hae autem cum Archi- et Episcopis non moriuntur, sed suas praerogativas etiam quoad exercitium illibate retinent, altera autem ex parte tale jus territoriis, in quorum possessione Capitula sede vacante nomine Ecclesiarum permanent, adhaeret. (Conf. supra adducta scripta, et COMES A SCHOENBURG in diss. *de Episcopo minorenni* §. V.) jam autem per supra deducta superioritas territorialis quoque cum singulis regalibus pariter tam ad Ecclesias spectat, quam territoriis Ecclesiarum adhaeret, sic resultat exinde ulterior sequela, quod etiam ex identitate rationis Capitulis sede vacante omnimoda superioritas territorialis, ut illam secundum circumstantias nomine suarum Ecclesiarum exerceant, non possit denegari, et quidem eo minus, cum partim in P. W. nullum regale ex juribus episcopalibus respectu Capitulorum sede vacante excipiatur, sed indefinite exercitium jurium episcopalium, inter quae etiam omnia regalia referenda sunt, illis concedatur, partim autem jurisdictio civilis et criminalis praecipua sint inter regalia, nemini autem, quod Capitula sede vacante utramque exercere haud possint, hucusque incidit, concessis autem regalibus majoribus hoc ipso etiam, minora concessa sint: praesertim cum haec omnia

17) In-

g) HENNINGES l. c. p. 243.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

17) Introducta notorie a temporibus P. W. per quam demum ſuperioritas territorialis complementum ſuum nacta eſt, conſuetudo et obſervantia, vi cujus Capitula metrop. et cath. pro circumſtantiis omnia et ſingula jura territorialia hucusque exercuerunt, firmiſſime confirmet: *Capitula enim ſede vacante ſuperioritatem territorialem exercere praxis quotidiana confirmat*, prout ait J. H. Boehmer l. c. p. 640. §. 25., *et Capitula Imp. conſuetudine defuncto Epiſcopo jurisdictionem, regalia ſuperioritatisque territorialis jura omnia retinere, in eaque quodam accretionis modo ſuccedere* ſcripſit Kulpisius *ad Monzambanum* P. II. C. 5. §. 35. et exinde etiam

18) Capitula in Germania ſede vacante collatum ſuis Eccleſiis regale monetandi tam percuſſione numiſmatum ad normam monetalem Imp. ordinatorum, quam etiam numorum uſualium argenteorum et aureorum proprio nomine qua domini territoriales ante, quam poſt P. W. in conſpectu Imperatoris et totius Imperii exercuerunt, et hiſce numiſmatis ſecundum dicta intermiſticum ſuum regimen publicis monumentis orbi univerſo ſignificarunt, de quo autem infra Cap. III. fuſius agendum erit; et quemadmodum

19) Imperator jura ſuperioritatis territorialis et regalia Eccleſiis annexa extra caſum abuſus Archi- et Epiſcopis nec aufferre, nec reſtringere poteſt, cum jura regalia ſtatibus Imp. tam eccleſiaſticis quam ſecularibus debeant eſſe illibata per leges Imp., ſic etiam ille ſede vacante Capitulis ea, extra caſum abuſus, nec aufferre nec reſtringere poteſt, quia jura illa tam ab Epiſcopis, quam a Capitulis nomine Eccleſiae exercentur, Eccleſia autem in ſuis juribus ſine cauſa violari non poteſt, *cum omnes et ſinguli Electores, Principes et ſtatus Imp.* (quales etiam ſede vacante ſunt Capitula metrop. et cath. vi I. P. Art. V. §. 21.) *in antiquis ſuis juribus, praerogativis, libertate, privilegiis, libero juris territorialis tam in eccleſiaſticis, quam politicis exercitio, ditionibus, regalibus, horumque omnium poſſeſſione ſtabiliti, firmatique eſſe debeant. I. P.* Art. VIII. §. 1., et ab illo tempore Imperatores ſtatibus in omnibus capitulationibus jurato promiſerunt „ *ihre Regalien, Freyheiten, Privilegien, Gerechtigkeiten, Gebräuche, und gute Gewohnheiten, ſo ſie bishero gehabt, oder in Uebung geweſen, in beſtändiger Form zu confirmiren* “ Conf. *capitulatio noviſſima* Art. I. §. 9. *h*) Quibus accedit,

20) Quod

---

h) Joh. Henr. Geisler edidit Göttingae A. 1783. programma *de poteſtate Imperatoris ordinandi regimen bonorum eccleſiaſt. immediatorum*, voluitque contendere, Imperatorem poſſe Capitulis Eccleſiarum metrop. et cath. in Germ. pro ſede vacante praeſcribere normam regiminis. Verum quoad poteſtatem Imperatoris circa exercitium regiminis nulla eſt differentia inter Principatus eccleſiaſticos et ſeculares, quemadmodum igitur non ſolum feuda Imp., ſed et allodia ad Principatus ſeculares ſpectantia reſpective

20) Quod Imperator adhuc ſpecialiter qua advocatus Eccleſiarum germanicarum praeſertim viduatarum et Capitulorum metrop. et cath. ad tuenda regalia et jura illis pro re nata et eorum Eccleſiis competentia adſtrictus ſit. Conf. *Cap. nov.* Art. I. §. 1. et Art. XIV. *i*) Quemadmodum autem Imperatores Capitulorum metrop. et cath. ſede vacante regimen territoriorum ad Eccleſias eorum ſpectantium perturbare non poſſunt, ſic multo minus poſſunt vicarii Imp. tempore interregni talia ſibi arrogare, unde dum Elector Palatinus Joannes Wilhelmus poſt mortem Imperatoris Joſephi I. A. 1711. qua vicarius Imp. circa jura territorialia Epiſcopatus leodienſis cum excluſione Capituli ſibi quidquam arrogare vellet, Capitulum cathedrale leodienſe eatenus vicariatum palatinum haud agnovit. Conf. *Monatlicher Staatsſpiegel* 30. Theil. p. 502.

§. V.

Reſolvuntur argumenta §. III. in contrarium allata.

Neque obſtant hisce rationes dubitandi ab adverſariis Capitulorum in contrarium ſupra adductae, cum quoad 1) quod varii jurisconſulti tanquam fundamenta jurium territorialium et regalium, quae Capitula metrop. et cath. ſede vacante exercent, partim condominium hereditarium et radicale bonorum et jurium ad Eccleſiias ſpectantium Capitulis competens, partim jus accreſcendi jurium epiſcopalium et territorialium aſſignent, eatenus haud errent: nec ea fundamenta tam infirma ſint, ac illa allegatus Ickstatt declamat, prout, ratione primi ex infra deducen-

c) Decanus et Capitulum Ecclesiae cathedralis halberstadiensis in literis pro avertenda secularisatione Episcopatus hujus ad Imperatorem et Imp. datis in citati MEIERI *actis P. W.* T. III. p. 249. inter alia declararunt, „ dass sie auf bege- „ bende Todes und andern Fällen *kraft habender Erbgerechtigkeit* die freye Wahl „ und Postulation eines neuen Bischofs verrichtet, . . . *dass solche Erbgerechtig-* „ *keit*, und davon dependirende freye electio und postulatio, wie auch andere in „ statu politico et ecclesiastico hergebrachte capitulationes, und per pacta episcopalia er- „ worbene Mitregierung . . . solches samt und sonders von Kaiser zu Kaiser con- „ firmirt und etliche hundert Jahre her . . . ohne einige Contradiction . . . herge- „ bracht also, dass sie dahero *ab antiquo und noch hodie im heiligen Reich vor Erb-* „ *herrn gehalten werden*, könnten auch nicht absehen, wie sie aller habenden Pri- „ vilegien, *Erbgerechtigkeit* und Freyheiten privirt, und durch eine so beschaffene „ mutationem *aus condominis und Erbherrn* zu gemeinen Unterthanen gemacht „ werden. " Similiter Augustus Dux brunswicensis in literis ratione hujus Episcopatus ad legatos caesareos in conventu pacis westphalicae datis in MEIERI *actis P. W.* T. VI. p. 404. sequentia scripsit: „ Es werden auch die Herrn Plenipo- „ tentiarii mit Uns darinnen einig seyn, dass durch die obschwebende Tractaten „ *den*

f) Conf. *Novae vindiciae directorii in comitiis supra citatae* inter adjuncta lit. C.

„ *den unbezweifelten Erbherrn des Stifts Halberstadt nemlich dem Domcapitel da-*
„ *selbst sein nunmehr an die 900 Jahre beständig und rechtmäsig ersessenes Eigen-*
„ *thum und Macht darüber rechtlich zu disponiren* so wenig als Jemand anders in
„ dem Seinigen benommen seye. "

d) Capitulares Ecclesiae cathedralis osnabrugensis in literis ad legatos caesareos in congressu P. W. datis in MEIERI *act. P. W.* T. VI. p. 509. et 510. nominarunt Capitulum *den principalsten Stand und Erbherrn des Stiffts . . . den Erbherrn und vornehmsten Stand des Landes.* Nec non

e) Capitulares cathedralis ratzeburgensis in remonstratione facta conventui P. W. ob propositam secularisationem hujus Episcopatus apud MEIERUM l. c. T. IV. p. 334. adduxerunt, „ dass die Stiffts Privilegien Capitulo von Kaisern zu Kaisern
„ auch von jetziger Kaiserlichen Majestät bestätigt, verwahrt *und eine Erbgerechtig-*
„ *keit mitgetheilt worden*, inmassen auch wie andere Capitula im gantzem heil. Rö-
„ mischen Reich *für Erbherrn ihrer Bistümer reputirt*, also gleichergestalten auch
„ dieses in den bischöflichen Capitulationen genannt werde. "

f) Denique Capitulum cathedrale spirense ad condominium radicale omnibus Capitulis cathedralibus commune provocavit, et hoc jus etiam passim ab Episcopis in capitulationibus ab antiquo agnitum fuit, et in *capit. novis.* die 29. Maji 1770 a moderno Episcopo jurata §. 10. legitur: „ da auch ferner unserm Domcapitel *als*
„ *des Hochstiffts Erb- und Grundherrn* billig zukommt von dem Zustand und
„ Vorrath der Landschaffts Kasse informiret zu seyn, so solle etc. et §. 19: da
„ Wir selbsten unser Domcapitel *als Erb- und Grundherrn unser fürstlich Speieri-*
„ *schen Landen erkennen*, mithin sehr inconvenient und unbillig zu seyn erachten,
„ dass desselben in solchen unsern hohen Stifft sesshafte Landbediente mit Personal-
„ Prästationen solten beläftigt werden, als wollen Wir etc. "

VII. Ad hoc condominium Capitulorum metrop. et cathedr. hereditarium etiam tam antiquis, quam novioribus temporibus partim ab ipsis statibus Imp. secularibus provocatum, partim illud ab ipsis etiam Imperatoribus agnitum fuit; sic

a) Fridericus I. Elector palatinus jam A. 1412 agnovit Capituli cathedralis spirensis condominium quaestionis, et ad illud provocavit, imo ea ex causa literas diffidatorias illi transmisit „ weilen Johann Bischof zu Speyer seine (des Churfür-
„ sten) Feind in des Stiffts Schlösser und Städte eingelassen, nun aber Sie Dechant
„ und Capitul des Domstiffts wären, und es also mit ihnen gestaltet wäre, dass
„ Sie einen Bischof des Stiffts Nutzen und Frommen zu weissen Macht hätten,
„ und weilen Sie dasjenige, so der Bischof Johann gethan, um da mehr müsten

„ ver-

„ vernommen haben, *als Sie das Stifft und Haupt wären*, g) und ohne ihres (des „ Capitels) Zuthun und Verhengniſs ſolches nicht geſchehen ſeyn könnte. " *h*)

b) Omnes Imp. ſtatus in congreſſu P. W. congregati in literis ſuis ad Electorem trevirenſem A. 1649 datis in LONDORPII *continuati* T. II. L. I. C. 109. capitulares Eccleſiae metropoliticae trevirenſis compellarunt *ungezweifelte Erbherren des Stifftes*; nec non

c) Integrum ſic dictum corpus evangelicorum ad demonſtrandum, quod ab adminiſtratoribus Eccleſiarum metrop. et cath. proteſtantibus nihil contra jura fundamentalia illarum Eccleſiarum immutatum fuerit, ſed quod illae Eccleſiae in forma priſtina permanſerint, in eodem congreſſu publicari fecit declarationem, quod homagiis a ſubditis horum Archi- et Epiſcopatuum praedictis adminiſtratoribus proteſtanticis praeſtitis addita ſemper fuerit clauſula: „ daſs nach ihrem der Ertz- „ und Biſchöfe Ableben die Landſtände und Untertanen *keinen andern Herrn als* „ *ihre rechte Erbherren die Domcapitel erkennen ſollen*, damit der Ertz- und Bi- „ ſchöfe (wenn ſie ſich gleich in Eheſtand begeben) Erben kein Recht an Land „ und Leuten prätendiren könten. " MEIERN *act. P. W.* T. II. p. 644.

d) Quod Fridericus III. Imp. reſervando homagium hereditarium conſuetum Capitulo cathedrali wirceburgenſi hoc ipſo *condominium ejus radicale et hereditarium* agnoverit, jam ſupra fuit expoſitum.

e) A. 1648. compoſita pace weſtphalica treverica propugnacula Ehrenbreitſtein et Hammerſtein auctoritate imperiali et ſtatuum Imp. Electori trevirenſi Philippo Chriſtophoro et Capitulo junctim reſtituta ſunt. Conf. *Hontheim* T. I. prodr. hiſt. trevir. p. 883.

f) Finito A. 1736. bello Imp. caſtro philippoburgenſi praefectus fuit caeſareus gubernator cum praeſidio copiarum partim caeſarearum, partim ſtatuum Imp., et eatenus a Carolo VI. Imp. facta eſt ordinatio hujus tenoris: „ wie die vorhinigen „ Commendanten von beeden Plätzen (Keel und Philippsburg) nebſt der Beſat- „ zung

g) Quod Capitulum metrop. vel cath. et vocabulum *Stifft* ex communi loquendi modo ſaepiſſime pro ſynonymis ſumta fuerint, prout ſupra jam annotatum fuit, denuo confirmatur ex hoc documento.

h) Conf. *der Fehdbrief des Churfürſten von der Pfaltz. Friderichs an das Domcapitul zu Speyer d. d. Heidelberg Dornstag des Heil. Crutz-tag Inventionis* 1412. in CHRISTOPH. JAC. KREMERS *Geſchichte des Churfürſten Friederichs des Erſten von der Pfaltz* in den Urkunden num 86. pag. 286. Alia documenta recentiora huc ſpectantia occurrunt in MOSERI *tract. von der Landeshoheit im Weltlichen* P. I. *von den Regierungsſachen* C. I. §. X.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„ zung in dem einen *den Bischöfen von Speier und dem dasigen Domcapitel als Grund-*
„ *und Eigentumsherrn* von Philippsburg, und in dem andern dem Markgräfli-
„ chen Hauſs Baden *als Grundeigentums Herrn* von Keel, den (nach angezeig-
„ ten Friedensſchlüſſen zu verſtehenden) Eide abgelegt haben, ſo iſt unſer
„ Will, daſs es auch anjetzo nach erfolgter Beſitznehmung geſchehe. "

Nullius autem momenti ſunt ea, quae ſupra in contrarium fuere adducta, nam quoad

1) Illa quae Ickstatt l. c. oppoſuit, nihil relevant, nulla enim ratione negatur ſed potius lubenter conceditur, tam Epiſcoporum quam Capitulorum menſas et bona adminiſtrationis et uſusfructus cauſa ſeparata eſſe, aſt manſere tamen omnia illa bona penes ipſas Eccleſias, quas ſicut omni tempore, ſic et modo adhuc repraeſentant Epiſcopi et Capitula ſimul, qui ambo ſimultaneum ſecundum canones exercent dominium, ita ut neutra pars ſine conſenſu alterius quidquam quovis modo alienare poſſit, fundatores Epiſcopatuum, aliique pii dotatores etiam bonorum Eccleſiis collatorum dominium non in ſola Capitula, ſed in ipſas Eccleſias metrop. et cath. tanquam perſonas morales et eas repraeſentantes Archi - vel Epiſcopos et Capitula ſimul tranſcripſerunt, nec etiam, prout annotatum jam ſaepius fuit, ſolis Epiſcopis, ſed potius Eccleſiis praedictis regalia jura conceſſa et annexa ſunt, cum autem ſecundum ſaepius dicta Eccleſias Epiſcopi et Capitula ſimul repraeſentent, ſic ſede plena nomine et jure Eccleſiarum illa regalia exercent Epiſcopi, ſede vacante autem Capitula, quin unquam ab Epiſcopatibus ſeu Eccleſiis avellantur, de caetero in Germania condominia territoriorum ſunt frequentiſſima, quin paradoxi quidquam involvant. *i)* Neque obſtat quoad

2) Si hinc inde enatis cum Capitulis cathedralibus controverſiis horum condominium hereditarium fuerit impugnatum; cum una ex parte ſola contradictio ab adverſario facta nihil relevet, altera autem ex parte contradictiones tum factae fuerint, ubi Capitula ſuum condominium radicale et hereditarium per abuſum et coimperium durante regimine epiſcopali voluerunt extendere, de quo autem abuſu nulla modo eſt quaeſtio. *k)* Quoad

3) Etiam

---

i) Conf. Joh. Andr. Fromann in diſſ. *de condominio territorii.* Henr. Coccei in diſſ. *de fundata in territorio, et plurium locorum concurrente poteſtate.* Mich. Grass *de jure condominii territorialis.*

k) Etiam hoc loco ſubintrat adagium: *tollatur abuſus et maneat uſus*, condominium enim vel quaſi hereditarium Capitulorum cathedralium in Germania fundatur in jure canonico, analogia juris et continua obſervantia, habetque effectum etiam durante regimine

3) Etiam allegata praejudicia conf. imp. aul. nonnisi de abusibus et injusta condominii capitularis extensione intelligi possunt, legitimum enim et in jure ecclesiastico fundatum condominium Capitulis metrop. et cath. auferri salva justitia nequit, neque etiam supremorum Imp. tribunalium sententiae in causis partium latae legum universalium, quae nonnisi in comitiis feruntur, habent effectum. De caetero irritum est per descriptum hactenus condominium Capitulorum hereditarium et radicale violari supremam Imperatoris tanquam domini directi auctoritatem feudalem (nihil enim memorando de innumeris allodiis Ecclesiis metrop. et cath. a privatis donatis, prout ex codicibus traditionum constat) licet ex una parte ad Imperatorem et Imperium indubie spectet dominium directum feudorum Imp. Ecclesiis saepe dictis annexorum, attamen etiam ex altera parte certum est, dominium utile feudale cum regalibus in feudum concessis ad Ecclesias metrop. et cath. spectare, illas autem Ecclesias secundum probata repraesentant Episcopi et Capitula simul, consequenter et ad illa spectat condominium vel quasi utile feudorum Imp. Ecclesiis hisce annexorum, et quemadmodum plena sede Archi- et Episcopi sunt provasalli suarum Ecclesiarum, sic sede vacante Capitula ex jure condominii utilis feudalis sunt quoque provasalli: habet etiam hocce condominium utile Capitulorum suos insignes effectus feudales, Archi- et Episcopi enim non possunt sine consensu suorum Capitulorum tanquam condominorum utilium feudalium feuda haec de novo seu ex nova gratia dare in feuda, oppignorare, vel quovis alio modo alienare, in Capitula proinde transeunt sede vacante cum juribus simul omnes obligationes feudales, tenebantur inde quondam, ubi militia feudalis adhuc erat in usu, sede vacante Capitula metropolitica et cathedralia mittere ad exercitum Imp. suam militiam feudalem ex equitibus et vasallis Ecclesiarum consistentem, et cum horum numerus debuerit semper esse completus, sic quemadmodum Episcopi poterant feuda ejusmodi aperta infeudari solita (cum haud fuerit nova alinenatio) sine consensu Capitulorum conferre novis militibus, sic et Capitula poterant talia feuda sede vacante aperta de nova aliis conferre ad praestanda mox servitia militaria; tenentur etiam adhuc hodie enato vel durante bello Imp. sede vacante mittere suam militiam, quae est surrogatum militiae feudalis, ad exercitum Imp. et illam ex Archi- vel Episcopatus collectis sustentare; et licet sede vacante Capitula in specie non investiantur ab Imperatore de feudis Imp. Ecclesiis annexis, investiuntur

mine episcopali in eo, quod Episcopus sine consensu condomini Capituli nihil de bonis et juribus Ecclesiae alienare possit, et quod sede vacante Capitula habeant administrationem Ecclesiae et regimen, sicut illud habuit sede plena Episcopus, durante enim regimine episcopali non plus circa administrationem sibi arrogare possunt Capitula, quam per specialia pacta, validas capitulationes et observantiam ipsis fuit concessum. Quodsi hinc inde forsan ab uno vel altero Capitulo abusus commissi fuerint, hi non possunt praejudicare aliis Capitulis, quae se intra justos sui condominii hereditarii limites continent, ita ut illa jure suo legitime exercendo priventur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tur tamen simul tacite cum Archi- vel Episcopis novis provasallis pro casu sedis vacantis, dum Archi- et Episcopi tam pro suis personis, quam nomine Ecclesiarum für ihre Kirchen und Stiffter investiuntur, prout patet ex literis feudalibus, Ecclesias autem sede vacante repraesentari per Capitula et per Ecclesias vel Episcopatus ab Episcopis distinctos Capitula indigitari jam supra fuit annotatum. *l)* Ad

4) Autem: citatus STRUBEN l. c. Capitulis condominium hereditarium et radicale non simpliciter denegavit, sed solummodo abusus quorundam Capitulorum exinde commissos, non autem ad effectum sedis vacantis restrinxit, et inde l. c. §. 1. p. 2. scripsit: „die Domcapitul wollen eine gewisse Arth der Mitregie„ rung behaupten, weswegen sie sich Erb- und Grundherren deren Stiffter nen„ nen." Hisce subjunxit, „ dass deren deutschen Domcapitulen Vorrechte von „ einigen zu weit ausgedehnet, hingegen aber auch von denenjenigen, welche „ die bischöfliche Rechte vertheidigen, öfters zu sehr eingeschrencket würden, „ woraus erhelle: ob und was für eine Erb- und Grundherrschafft denen Domcapi„ tulen zukomme."

Denique nec obstant ea, quae novissime contra hoc condominium Capitulorum hereditarium produxit cit. POSSE l. c. qui ad evertendum dominium radicale Capitulorum sede vacante, et in eo fundatum exercitium regalium nomine Ecclesiarum obeundum varia nova protulit argumenta praetense ex ipsis Ecclesiarum germanicarum originibus petita: et quidem

1) Praetendit Episcopatus originetenus sine Capitulis cathedralibus esse fundatos, consequenter haec entia necdum existentia in originibus Ecclesiarum non potuisse habere condominium radicale bonorum Ecclesiis unitorum, nec etiam tale condominium fuisse concessum hisce Capitulis postea demum institutis, et eatenus p. 29. se ita exprimit: „ *bey Entstehung der Bistümer dachte man an nichts* „ *weniger, als an die Errichtung geistlicher Körper, die man heut zu Tage Capitel* „ *nennt, und die ihrer weit spätern Begründung ungeachtet an den Stifftslanden* „ *ein Grundeigenthum zu haben vermeinen, in und nach den Zeiten der Carolinger* „ *entstanden zwar die Stifter und ihre Capitel zugleich: da man aber letztern bey* „ *ihrer Errichtung keine andere Rechte beygelegt findet, als solche, die jene ältere* (quales tamen haud adfuisse auctor ait) „ *genossen, so muss auch Ihnen dasselbige* „ *gelten, was von diesen gesagt werden kann.*"

2) Vo-

l) Similitudo fere est cum homagiis, quemadmodum enim homagium praestatur Episcopis ad dies vitae eorum et Capitulis pro sede vacante, sic et investiturae conferuntur Episcopis pro diebus vitae et simul tacite sub nomine der Stiffter Capitulis pro sede vacante, persona enim mystica vel moralis sine repraesentante et provasallo investiri nequit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

2) Voluit ex regula canonicorum a Ludovico Pio Imp. A. 816 in comitiis aquisgranensibus publicata eruere, quod nec illo tempore Capitulis tale condominium sede vacante competierit, cum portae monasteriorum vi illius instituti ita clausae fuerint, ut canonici temporalium curam non potuerint habere, vel saltem condominium hoc fuerit penes universum clerum dioecesanum, qui proprie constitueret Ecclesiam: in formalibus l. c. p. 34. „ *die Absicht und der Inhalt der Ludwigi-* „ *schen Regel ergeben schon von selbst, dass das Capitel derjenige Theil wohl nicht* „ *seyn könne, auf den in Ermangelung eines Bischofs das Grundeigenthum des* „ *Stifts verfällt seyn sollte: vielmehr siehet man daraus, dass die Thüren des Mün-* „ *sters so vest verschlossen seyn mussten, ganz deutlich, dass sich die Capitularen* „ *ausser ihren geistlichen Beschäfftigungen um alles Weltliche unbekümmert lassen* „ *sollten. Aus diesen Zeiten wird sich also wohl schwerlich ein Grundeigenthum der* „ *Capitel an den Stifts Landen herleiten lassen, dass, wenn man diesen Ausdruck* „ *in dem Sinne nimmt, den man ihm gewöhnlich beyzulegen pflegt, soviel heissen* „ *soll, als ein Eigenthum, dass Jemand gleich mit der Entstehung einer Sache er-* „ *halten hat: wollte man aber ja dafür halten, dass derjenige Gegenstand,* „ *an dem während der Stuhlerledigung das Eigenthum des Stifts haftet, ein Geist-* „ *cher seyn müsse, so hat die gesammte Geistlichkeit des Stifts das Capitel einge-* „ *schlossen der ursprünglichen Verfassung nach das gegründeteste Recht sich für* „ *denselben zu halten, da sie bey dieser sinnlichen Vorstellung schon dem Wortver-* „ *stand nach das ist, was man unter der Kirche verstehet.* “

3) Denique p. 30. et seq. non solis Capitulis saepe memoratis, sed omnibus statibus provincialibus tam ecclesiasticis quam secularibus simul sumtis administrationem territoriorum et regalium Ecclesiis annexorum sede vacante asseruit, et quidem ex ratione, quod per Ecclesias, quibus a Regibus concessa essent regalia, proprie intelligantur territoria ecclesiastica, in quibus radicentur regalia, illis autem, qui repraesentent talia territoria ecclesiastica, deberet quoque in defectu Episcoporum competere jus ea administrandi, tales autem repraesentantes non essent sola Capitula metrop. et cath., sed omnes status provinciales simul sumti, et quidem eo magis, cum et hi quondam concurrissent ad electiones Archi- et Episcoporum; et quodsi etiam concedatur Capitula quaedam privative sibi vindicasse administrationem Episcopatuum sede vacante, exinde tamen dominium aliquod radicale terrarum et regalium ad Episcopatus spectantium tam parum inferri posse, ac ex curatela Principum secularium, quae statibus provincialibus in medio aevo durante minorennitate hinc inde delata fuit, ad dominium aliquod radicale terrarum Imp. hisce statibus provincialibus competens conclusio fieri posset in formalibus: „ *Will man nicht die Kirchenwände für die Kirche nehmen, so muss unter ihr* „ *alles verstanden werden, was stiftisch war, über das sich alle die Rechte verbreiten,* „ *die von dem Kaiser dem jedesmahligen Besitzer verliehen wurden, das ist mit an-*

„ *dern*

„ *dern Worten, die Stiftslande selbst sind der Stamm, auf welchen die Weltlichkeiten* „ *gepfropft sind. Wem nun das Repraesentations-Recht eines solchen Landes zustehet,* „ *dem muss in Ermangelung eines Oberhaupts, wenn Niemand besonders dazu berech-* „ *tigt ist, auch das Verwaltungsrecht zustehen. Als eine ausgemachte Sache kann Ich* „ *es aber voraussetzen dass den Landständen durch ganz Deutschland von jeher dieses* „ *Recht zugestanden habe, so dass schon die ehemahligen Stifts Oeconomen nichts ohne* „ *Bewilligung der Geistlichkeit und des Volks unternehmen sollten.* "

Verum omnia haec asserta nulli solido innituntur fundamento, neque aliquid quoad hodiernum rerum statum relevant, nam quoad

1) Prout vulgo notum est iis omnibus, qui historiam ecclesiasticam vel a limine salutarunt, jam primis nascentis Ecclesiae seculis, si Episcopos regionarios exceperis, dum in regnis et civitatibus celebrioribus Ecclesiae particulares fundabantur, semper Neoepiscopis ordinatis presbyteri et diaconi fuere adjuncti, qui unum cum Episcopo corpus constituebant, ejusque senatum formabant, ex quibus coetibus autem Capitula cathedralia enata esse constat. Quod autem in specie concernit Germaniam nostram, de qua sola hoc loco est quaestio, nullus Archi- vel Episcopatus a Regibus merovingicis, carolingicis et germanicis instauratus vel noviter fundatus fuit, cui non in ipsa instaurationis vel fundationis origine Capitulum metrop. vel cath. fuit annexum, et nonnisi interdum per accidens saltem hoc fuit impeditum, prout patet ex diplomate Wilrami Episcopi brandenburgici de A. 1161 in *codice diplom.* PHILIPPI WILHELHI GERCKEN *Stifts-Historie von Brandenburg* n. VIII. p. 349. ubi ait Episcopus: „ *Sede cathedrali brandenburgica* „ *nondum suos habente canonicos ob paganorum importunitatem.*" Haec autem Capitula semper una cum Archi- et Episcopis repraesentabant Ecclesias metrop. et cath., consequenter etiam originetenus sede plena penes Episcopos et Capitula simul secundum deducta fuit dominium rerum ad praedictas Ecclesias pertinentium, et ex juris analogia sede vacante penes Capitula, quae sola adhuc supererant, permansit, nec opus erat, ut eatenus expressa in ipsa fundatione fieret dispositio. Pariter nec quoad

2) Regula ex clausura monasteriorum canonicalium, quam regula canonica Ludovici Pii Imp. praescripsit, deducta aliquo nititur fundamento, licet enim principale canonicorum aeque ac ipsorum Episcoporum objectum esset sacrum, nihil tamen hoc sacrum obstabat dominio Episcoporum et Capitulorum radicali rerum ad Ecclesias cathedrales spectantium, et ut debito tempore rerum temporalium quoque conjunctam haberent curam; portae monasteriorum canonicalium, in quibus una cum canonicis cathedralibus degebat simul ipse Episcopus, erant quidem clausae eo fine, ut evagationi liberae canonicorum haud daretur occasio,

et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et per incursum extraneorum in monasteria tranquillitas domestica et disciplina haud perturbaretur, interim patebat tamen omnibus porta, et exitus ad procurandas res Ecclesiae fuit permissus, prout adhuc hodie se res habet in monasteriis religiosorum et sacrarum virginum, quorum portae etiam sunt clausae, nihil tamen obstat, ut sede abbatiali vacante conventuales etiam temporalia Ecclesiarum suarum haud procurent, nec etiam ulla apparet ratio, cur sede vacante dominium radicale rerum ad Ecclesiam cathedralem spectantium universo clero dioecesano affingatur; quandonam enim tale condominium rerum solis Ecclesiis cathedralibus annexarum clero seculari extra Ecclesias cathedrales constituto in parochialibus vel collegiatis Ecclesiis, aut etiam clero regulari communicatum fuit? Magna etiam est differentia inter Ecclesiam Episcopatus alicujus in genere spectatam, quam veluti corpus integer clerus dioecesanus tam primarius, quam secundarius, uti et regularis constituit, et inter Ecclesiam cathedralem in specie sic dictam, quam una cum Episcopo solus clerus cathedralis seu primarius repraesentat: neque etiam ex eo, quod in rebus arduis, quo et spectavit electio Neoepiscopi, praeter Capitulum cathedrale tanquam senatum natum, quondam etiam consilium seu votum cleri dioecesani, qui tum temporis valde exiguus fuit, adhiberetur tam sede plena quam vacante, ad asserendum tamen huic ideo etiam condominium rerum ad solam Ecclesiam cathedralem spectantium plenamque administrationem ejus sede vacante concludens haud potest deduci argumentum. Quoad

3) Etiam omnes in contrarium factae, sed non probatae positiones nullius omnino sunt ponderis: negatur enim

a) Statibus provincialibus Archi - et Episcopatuum Germaniae competere, aut unquam competiisse administrationem territoriorum et regalium Ecclesiis annexorum sede vacante, *m*) vi canonum enim et legum Imp. non statibus provincialibus, sed solis Capitulis competit administratio Episcopatuum, et jurium episcopalium exercitium. Falsum est porro

b) Quod per Ecclesias metrop. et cath., quibus a Regibus germanicis reservato sibi dominio directo dominium utile territoriorum cum regalibus concessum fuit, intelligantur ipsa territoria, territoriis enim non factae sunt piae donationes, sed Sanctis et eorum Ecclesiis, prout patet ex diplomatibus. Neque

c) Praetensis repraesentantibus Ecclesiarum tanquam personarum moralium in defectu Episcoporum competit jus administrandi territoria et regalia Ecclesiis annexa,

m) Aliud enim est administrare Ecclesiam, ejus terras et regalia, aliud est concurrere solummodo consilio vel consensu in rebus arduis, vel quoad unum saltem alterumve regale,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nexa, repraesentantes autem Ecclesiarum metrop. et cath. vi canonum notorie sunt Capitula, quae in locum Episcoporum succedunt; licet etiam

d) Per aliquod tempus (mox enim iterum sunt exclusi) cum Capitulis cathedralibus nomine populi status provinciales concurrerint ad denominationes Episcoporum, exinde tamen nullatenus sequitur, quo et illi sede vacante habuerint et adhuc hodie habeant condominium territorii ecclesiastici, et jus administrandi Episcopatus, imo si etiam, quod tamen falsum est, habuissent administrationem Episcopatuum sede vacante, illam aeque amisissent, ac facultatem concurrendi ad Episcoporum electiones notorie perdiderunt. Nec

e) Procedit argumentum a curatela Principum secularium statibus provincialibus hinc inde olim delata ad Capitula metrop. et cath.: longe majora enim vi supra expositorum jura habent haec circa Ecclesias praedictas, quam illi circa principatus seculares: sed potius quoad origines et jura statuum provincialium territoriorum ecclesiasticorum res eo redit: Germani quemadmodum ab origine gentis nec omnimodam libertatem ambiverant, sic nec perferre poterant absolutum imperium, multo minus despotismum, moderatum solummodo et limitatum regimen fuerat ad eorum palatum, inde et Reges Germanorum carolingici, licet domini hereditarii fuerint totius regni germanici ea ratione, prout adhuc hodie se res habet in Gallia, attamen, ut in obsequio debito continerent populum, non absoluta usi fuere potestate, sed limitata admodum et moderata, dum in rebus arduis regni et exercendis judiciis in causis magni momenti, nec non in exercendis variis juribus majestaticis consilium primorum populi tam ecclesiasticorum, nempe Archi- et Episcoporum, nec non Abbatum immediatorum, quam secularium, Ducum scilicet, Marchionum, Landgraviorum et Baronum adhibebant in comitiis, curiis, et placitis eatenus institutis. Conf. Pfeffinger in *Vitr. illustr.* T. I. p. 73. et 169. Horum statuum regni germanici jura successive per pacta, privilegia, et leges magis magisque fuere aucta, ita ut votum consultativum alias a statibus petendum mutatum fuerit in votum decisivum, seu in consensum ad validitatem actus necessarium, et exinde enata est magna illa statuum in rebus Imp. auctoritas, qua hodie adhuc sunt muniti; ad normam regiminis hujus germanici regni universalis formatum quoque fuit regimen principatuum tam secularium quam ecclesiasticorum postea enatorum; ex quo enim tempore a Germaniae Regibus certis familiis et secularibus ex ordine nobilium integri ducatus, marchionatus et comitatus, qui antea nonnisi per officiales temporales nomine Regis administrabantur, una cum regalibus et successione in feuda jure hereditario, et Ecclesiis metrop. et cath. integri comitatus et pagi jure perpetuo fueri uniti, sic etiam novi domini territoriales tam seculares quam ecclesiastici in negotiis arduis adhibuerunt quoque consilia primorum territorii tam ecclesiasticorum, scilicet abbatum et praepositorum, si tales in territoriis eorum exstiterant, quam secularium, scilicet officialium hereditariorum, ministerialium, vasallo-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vasallorum et reliquorum ingenuorum ex ordine militari praedia possidentium. Status hi provinciales etiam in variis principatibus partim secularibus partim ecclesiasticis successive per pacta et privilegia plures immunitates et jura obtinuerunt, seque etiam ad hodiernum diem usque conservarunt; in aliis autem territoriis secularibus aeque ac ecclesiasticis pristinam auctoritatem suam in rebus territorialibus iterum perdidere. *n*) Quemadmodum autem Archi- et Episcopi sede plena in rebus arduis audiverunt praeter Capitula sua, quae senatum natum constituebant, consilium primorum territorii tam ecclesiasticorum, si aderant, quam secularium ministerialium Ecclesiae, vasallorum et militum sedes in hisce terris habentium, si haec politia fuit introducta et servata, sic et Capitula metrop. et cath., quibus competebat administratio Archi- et Episcopatuum sede vacante, in similibus causis ad instar Episcoporum sede plena in consilium adhibuere status provinciales, qui et nomine populi ad novorum Episcoporum electiones concurrebant. Fides autem horum assertorum, quae cuivis in historia Imp. et jure germanico vel parum versato sufficienter sunt cognita, partim scriptorum coaevorum testimoniis, partim plurimis diplomatibus est innixa, quam parum igitur dici potest quod status provinciales in illis principatibus tam secularibus quam ecclesiasticis, ubi se adhuc conservarunt, sede plena habeant condominium territoriorum et administrationem horum principatuum, quia ad exercitium quorundam regalium cum domino territoriali concurrunt *o*), et in rebus arduis eorum consilia et vota debent audiri, sed potius dominium utile, omnis superioritas territorialis et administratio principatuum penes solos est Principes seculares, vel Archi- et Episcopos sede plena, tam parum etiam haec omnia de statibus provincialibus possunt depraedicari, si sede vacante sub administratione Capitulorum eadem jura exercent, sed potius tunc jure repraesentativo dominium utile feudorum Imp. omnis superioritas territorialis et administratio Archi- et Episcopatuum unice est penes Capitula metrop. et cath., adeoque merito domini utiles radicales et hereditarii terrarum et regalium suis Ecclesiis annexorum compellantur.

§. VII.

---

n) Sic in Archiepiscopatibus trevirensi, coloniensi et salisburgensi, uti et in Episcopatibus westphalicis ac leodiensi etiam usque ad hodiernum diem servata est haec statuum provincialium per pacta et privilegia stabilita auctoritas, ita ut etiam varia regalia e. g. jus collectandi Episcopi et Capitula sine consensu eorum exercere nequeant, in reliquis autem Germaniae Archi- et Episcopatibus longo ab hinc tempore incogniti sunt status provinciales.

o) Etiam in variis Principatibus secularibus ex privilegiis et observantia status provinciales ad exercitium variorum regalium concurrunt, consensumque suum ad jus collectandi, ad novas leges ferendas, et constituenda judicia aulica vel provincialia debent impertiri, quin tamen sint condomini territoriales seu coadministratores territoriorum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

§. VII.

An Capitulis metrop. et cath. sede vacante jus austraegarum competat?

Quod Capitula metrop. et cath. cum sede vacante intuitu Ecclesiarum suarum, quas repraesentant, ex supra deductis fiant status Imp., et eo ipso immediata, eaque ex causa in casibus, ubi jurisdictio supremorum tribunalium respectu immediatorum fundata est, etiam in supremis hisce judiciis conveniri possint, non facile quisquam hodie adhuc vocabit in dubium; an autem etiam in prima instantia pro re nata adinstar Archi- et Episcoporum sede plena gaudeant jure austraegarum iis in casibus, ubi austraegae obtinent, hoc inter juris publici, et in specie juris cameralis doctores acriter disputatur: multi illorum, et quidem recentiores potissimum simpliciter denegare volunt jus illud sede vacante Capitulis metrop. et cath., et in hanc quidem sententiam ivere F. MINDANUS l. c. L. I. c. 19. n. 11. et seq. et c. 20. n. 1. SUANMANN L. I. *obs. cameral.* obs. 19. GAIL *obs.* L. I. obs. 30 n. 13. *a)* DECKHERR *in vindiciis cit.* tit. 26. n. 45. et 46. GEORG. MELCH. DE LUDOLF in *jur. cam. com. syst.* p. 30. J. St. PÜTTER in *conspectu rei judic. Imp.* p. 18. primae edit. *b)*

Clarius autem rem determinavit NICOL. CHRIST. DE LYNCKER in *tract. de gravamine extrajudic.* C. V. Sect. I. §. 11. ac proinde status quaestionis hoc loco proprie eo redit: *An Capitula metrop. et cath. sede vacante in causis secularibus principatuum suorum ecclesiasticorum, horum regimen statumque et jura concernentibus, et ubi ordinarie sede plena Archi- vel Episcopus coram austraegis conveniendus fuisset, etiam coram iis sint convenienda, vel si conventa eatenus fuerint in supremis tribunalibus, exceptionem fori declinatoriam et quidem austraegarum opponere possint?*

F. GUIL. TAFINGER in *instit. jurispr. camer.* nolens aliquid eatenus determinare scripsit saltem sect. III. tit. 4. „*An sede vacante Capitulum habeat beneficium* „ *austraegarum?* quaestio neganda videtur cameralibus ob hanc inprimis rationem, „ *quod hoc jus tanquam personalissimum soli personae Episcopi inhaereat*, et transire „ propterea nequeat ad Capitulum," provocatque ad DECKHERRUM, qui l. c. p. 195 scripsit: „ Episcopo ideo austraegas competere ratione suae personae, quia „ princeps

---

a) GAIL pro ratione assignat: *quia Capitulum non est status Imp., nec alium superiorem in temporalibus, quam Caesarem habet*, subjungitque: *et ita quandoque obtenti sunt processus in causa comitum de Mansfeld contra Capitulum magdeburgense.*

b) RODING in *pand. jur. cam.* L. I. T. 4. §. 55. et seq. eatenus dubitat, putatque de casu isto statuum declarationem esse necessariam, DECKHERR autem l. c. p. 194. hoc improbat, statuitque, quod jureconsulto, quantum fieri possit, pauperrima illa inopsque consilii responsio fugienda sit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„ princeps est, Capitulum vero princeps non est, adeoque nec privilegio dignitati
„ personae principali tributo gaudere velle, praetendere nequit; . . . privilegium
„ fori personale est Episcopo non ut Episcopo, sed ut Principi Imp. competens,
„ non territorio sed personae adhaerens, . . . ea autem, quae specialiter Episcopis,
„ eorumque personae competunt, Capitulo nunquam competunt, . . . et ubicun-
„ que in constitutionibus Imp. princeps requiritur, et Episcopus qua talis admit-
„ titur, in id officii vel juris vel privilegii nunquam admisere antecessores nostri
„ Capitulum. " Verum a DECKHERRO adhuc alia quaedam allata sunt argumen-
ta, et quidem

2) Alterum ejus argumentum petitum est ex principio extendendae, quan-
tum fieri potest, jurisdictionis imperatoriae seu supremorum Imp. tribunalium
„ quia scilicet austraegae illorum tribunalium jurisdictionem, quae sua natura illi-
„ mitata est, limitant et restringunt, hinc vult DECKHERRUS *leges desuper scriptas*
„ *non quidem odiosas esse, strictissimae tamen et prorsus delicatae interpretationis*, c)
„ et austraegas nemini, licet sit status Imp., asseri debere, nisi in O. C. expresse
„ nominato d), adeoque tantum competere illi, qui Elector, Princeps, Principi-
„que par dignitate, Praelatus, Comes, Baro, Nobilisque immediatus est, prout
„ observantia imperialis in electione caesarea nos docuit. "

3) Ait non obstare argumentum FRIDERI: „ quod sedes vacans et Ecclesia sit
„ loco minoris, Capitulum loco tutoris, tutor autem pupilli forum sequatur; li-
„ cet enim hoc concedatur, nihil tamen inde inferri: quod enim est pupilli, quod
„ vacantis Ecclesiae forum, qui judex? nonne Imperator? quia jurisdictio ratione
„ personae fundari nequit, quia mortua ea sedesque vacat, si ratione rei bonorum-
„ que Episcopatui annexorum, ubi nemo nisi Imperator judicat. "

4) Non admittendum esse, pergit DECKHERR, Capitulum jure repraesentatio-
nis austraegis gaudere, cum in administratione Episcopatus aut jure reali jura per-
sonalia personae mortuae vel nondum electae non contineantur, adeoque Episcopum
repraesentare non possit: quia personalia cum personis moriuntur.

5) Ait non posse fieri extensionem a persona lege comprehensa ad corpus et
collegium a lege nunquam appellatum, a persona principe ad non principem, a
jure personalissimo ad reale, ab Episcopo ad Capitulum, et licet

6) Capi-

---

c) DECKHERR l. c. tit. 26. p. 194.

d) Huc autem spectant *ordinat camer.* de A. 1495. §. 28., et de A. 1521. tit. 33. nec non C. O. C. P. II. tit. 2. et seq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

6) Capitulum quoad jurisdictionem et imperium Principem repraesentet, exinde tamen ad jus austraegale fieri non posse sequelam, cum jurisdictio imperiumque Episcopatui Principatuique annexa sint, et cuique administratori etiam competant, quae moderno Imp. usu quasi realia facta, privilegium vero austraegarum personae, principalique dignitati connexum, similiter feuda et illis annexa jura a juribus non feudo, sed personae conjunctis discernenda esse: nec

7) Exinde sequi vult absurdum, quod Princeps vel praelatus institutam sede vacante litem in sui privilegii praejudicium ratum habere cogeretur, aut quod camera litibus ibi usque ad decisionem non permansuris frivole et inutiliter fatigaretur, cum hic effectus perpetua judiciorum Imp. praxi roboratus sit, ut postea electus Episcopus contra Capitulum coeptum non modo ratihabere, sed et usque ad finem continuare cogatur, cum semel reversa sit ad Caesarem cognoscendi potestas nulla ratione illi a novo Episcopo adimenda.

8) Denique provocat Deckherr ad observantiam et stilum cameralem, cum a) sede vacante Capitula non habere exceptionem fori austraegarum privilegiati contra cameram, sed in hac conveniri posse testentur assessores camerae Gail l. cit. Tennagel *de decernendis processibus* class. 3. c. 3. n. 1. etc. nec non b) aliquot exstent praejudicia, vi quorum camera Capitula majorum Ecclesiarum pro qualificatis ad ordinationem cameralem non habuisset, velut in *causa des Thumcapituls zu Mayntz contra Stollberg*, *et in causa Seitzin contra Augsspurg citationis*, in qua ultima processus fuissent decreti.

Verum non adeo magni sunt haec Deckherri argumenta, licet primo intuitu admodum speciosa videantur, nam et hoc loco repetendum et pro fundamento ponendum est supra stabilitum principium, quod superioritas territorialis, immedietas, jus voti et sessionis in comitiis aliisque Imp. conventibus, directoria, regalia, praeeminentiae aliaque privilegia cujuscunque generis Archi- et Episcopatibus Germ. ab Imperatoribus vel aliis concessa sint annexa ipsis Ecclesiis, id quod ex supra allegatis in magno numero diplomatibus sufficienter fuit demonstratum; quod autem hasce Ecclesias secundum deducta sede plena repraesentent Archi- et Episcopi, sede vero vacante Capitula, consequenter omnia et singula jura Ecclesiis inhaerentia pro suo respective tempore exerceant partim Episcopi partim Capitula: hisce praeviis, quemadmodum immedietas cum annexis juribus in immedietate fundatis adhaeret ipsis principatibus secularibus, sive territoriis, et jura illa exercent possessores, et condomini facta consolidatione, vel sub minorennitate principum administratores et curatores, sic et eadem immedietas cum annexis adhaeret principatibus et territoriis ecclesiasticis, et jura illa nomine et jure Ecclesiarum exercent respective partim Archi- et Episcopi partim Capitula sede vacante; neque enim Archi et Episcopi, neque Capitula praedicta sunt ex natura sua immediati vel imme-

immediata, ſed unice hac qualitate ambo ob Eccleſias, quas reſpective repraeſentant, gaudent; cum igitur hae Eccleſiae ſint et maneant ſemper et quocunque tempore tam ſede plena quam vacante immediatae, ſic etiam ſequitur, quod ipſae in regula omni tempore conveniendae ſint in ſupremis Imp. tribunalibus, quibus omnes immediati principatus ſunt ſubjecti. Exinde porro ſequitur, quod, ſicut repraeſentantes illas Eccleſias ſede plena Archi- et Epiſcopi conveniendi ſunt in regula in ſupremis tribunalibus, ſic etiam Capitula ſede vacante ſint immediata, et in theſi etiam ſupremis tribunalibus ſubſint. Cum autem tam principatibus ſecularibus immediatis, quam eccleſiaſticis per leges Imp. conceſſum ſit jus auſtraegale in prima inſtantia, ſic etiam prona fluit ſequela, quod jus auſtraegale proprie et radicaliter etiam ipſis inhaereat Eccleſiis, et quod, ſicut nomine principatuum ſecularium partim principes et poſſeſſores, partim condomini ſoli mortuis condominis, partim denique tutores et curatores durante minorennitate principis ad jus auſtraegale recte provocant, ſic et Archi- et Epiſcopi ſede plena et ſede vacante Capitula, ſi intuitu Eccleſiarum metrop. vel cath. conveniantur, ad jus auſtraegale optimo jure provocent; cur enim Eccleſiae ſaepe memoratae, quae ex dictis jura immedietatis morte Archi- vel Epiſcoporum non amittunt, deterioris ſint conditionic, ac fuerunt ſede plena, et cur amittant praerogativam ſede vacante, quam habuere ſede plena? Neque obſtat, quod in legibus Imp. Capitulis ſede vacante jus auſtraegarum non fuerit expreſſis verbis conceſſum, jus enim auſtraegarum modo tunc ceſſat, ſi nec vi legum Imp. expreſſarum, nec ex legum ſcriptarum analogia jus illud competat: licet igitur non expreſſe conceſſum ſit jus hoc Capitulis ſede vacante, conceſſum tamen iis tacite fuit ex identitate rationis et juris analogia, cum ipſa tempore ſedis vacantis repraeſentent Episcopos, qui in legibus Imp. ſunt expreſſi, quemadmodum etiam tutores et adminiſtratores principatuum ſecularium, licet etiam non memorentur in legibus Imp. attamen ſi tutorio nomine intuitu principatuum, quos adminiſtrant, conveniantur, jure auſtraegarum merito utuntur. Quod autem in ſpecie concernit argumenta deckherriana, ſic quoad

1) Negatur et pernegatur, jus auſtraegale tanquam perſonaliſſimum ſoli perſonae Epiſcopi inhaerere, nudum enim hoc aſſertum tanquam axioma et principium paſſim aſſumtum a nemine adhuc fuit probatum *e)*: in qua enim lege Imp. dicitur jus auſtraegale eſſe perſonaliſſimum Epiſcopi, cum tamen omnes in legibus Imp. recenſiti, quibus conceſſum eſt jus auſtraegale, non intuitu perſonarum ſua-

rum

---

e) Pari modo ſine ullo fundamento jura directorii in variis Imp. conventibus, archicancellariatus et ſimilia jura Eccleſiis ob praeeminentiam ſedis conceſſa ad jura perſonaliſſima Archi- et Epiſcoporum plerumque referuntur a doctoribus, quorum unus ſine ſolido fundamento alterum ſequitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rum praecise, sed jure principatuum et territoriorum, quae possident, de jure austraegali participent? Supponamus enim Episcopum Principem resignare vel admittere suum principatum ecclesiasticum, an talis adhuc habebit suum jus austraegarum praetense personalissimum, cum tamen eadem perduret persona, an vero possessor vel administrator ipsius principatus? Et licet Capitulum sede vacante non utatur titulo principis, quo Episcopus utitur, repraesentat tamen in rei veritate et effectu non solum in comitiis, sed et in omnibus aliis occasionibus principem, administratque principatum ecclesiasticum, et omnia reliqua Ecclesiae et Episcopi Principis, in cujus locum succedit, jura exercet, consequenter et jus austraegale, a quo de jure excludi non potest. Quoad

2) Jurisdictio supremorum Imp. tribunalium in praejudicium tertii privilegiati nequit extendi, legesque Imp. in thesi strictae quidem sunt interpretationis; exceptio autem est, nisi aliud identitas rationis, et juris analogia suadeant, prout exemplum juxta jam dicta in administratoribus principatuum secularium se quoque prodit. Frustra etiam provocavit Deckherr ad paritatem ab electione caesarea desumtam, negatur enim ad hanc Capitula sede electorali vacante concurrere non posse, dignitas enim electoralis est pariter ipsis Ecclesiis annexa, et vi A. B. *virtute regni bohemici et principatuum* jus suffragii in electionibus Imperatorum exercetur, adeoque potius fictitium in utroque casu jus personalissimum in utroque etiam casu cessat. Quoad

3) Autem paritas circa hoc caput inter administratorem principatus secularis durante minorennitate et administratorem principatus ecclesiastici sede vacante jam supra sufficienter est stabilita, forum Ecclesiarum metrop. et cath. tam sede plena, quam vacante idem semper est, et in utroque casu ob immedietatem non exspirantem partim Imperator *f*), partim pro re nata austraegae sunt judices. Ad

4) Verum quidem est personalia cum personis exspirare; ast negatur suppositum, jus austraegale esse jus Episcopi personalissimum, morique cum ipso Episcopo. Ad

5) Utique fieri potest extensio a persona in lege nominata ad collegium non nominatum, si illud mens legis et juris analogia suadeant. Ad

6) Quem-

f) Notum satis enim est, in immediatos etiam, qui alias gaudent jure austraegarum, mox in prima instantia nulla austraegarum habita ratione summorum Imp. tribunalium jurisdictionem saepius locum habere, veluti si contractui, ex quo agitur, clausula executiva, *mit oder ohne Recht*, vel similis insit, vel si qualitas causae immediate jurisdictionem supremam fundet, prout se res habet in causis fiscalibus et mandatorum S. C.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

6) Quemadmodum jurisdictio et imperium Episcopatui et principatui annexa sunt, et ab ejus provisoribus Episcopo et respective Capitulo exercentur, sic idem ex identitate rationis quoque obtinet quoad jus austraegale. Ad

7) Licet adductus a DECKHERRO effectus, quod scilicet postea electus Episcopus processum contra Capitulum sede vacante ceptum non solum ratihabere, sed et usque ad finem continuare cogatur, caeteris paribus et in aliis causis, ubi austraegae non habent locum, e. c. in causis mandati S. C. etc. praxi judiciorum Imp. roboratus sit, non tamen roboratus est in casu substrato, ubi quaestio est de jure austraegali respectu Capitulorum exclusivo, de quo casu nec DECKHERR pro praetensa praxi sua ullum produxit praejudicium, nec ullum unquam a quoquam poterit produci, praesertim cum *non leve* (prout annotavit J. H. BOEHMER in *jure eccl. prot.* L. III. t. 9. §. 24.) *inferretur praejudicium Episcopo postea electo, si Capitulum immediate in camera conveniendum esset, quia hic eo ipso amisso privilegio primae instantiae litem ibidem ceptam continuare cogeretur.* Denique quoad

8) Praetensa observantia cameralis nullatenus est probata, nam quoad a) opinioni GAILLII et aliorum cum DECKHERRO sentientium opponi possunt non solum a LYNCKERO l. c. allegati doctores, sed et nubes aliorum celeberrimorum auctorum, quorum paulo post fiet mentio; quoad b) autem praejudicia illa praetensa solummodo recensita, nullatenus autem probata nihil relevant, nam causa sub rubro: *Domcapitul zu Maintz contra Stollberg* huc plane non quadrat, cum non solum ex actis in hac causa ventilatis, sed et ex rubro causae jam pateat, quod partes actoris sustinuerit Capitulum moguntinum, de jure austraegali Capitulorum autem dum quaestio agitatur, supponendum est, Capitulum fuisse partem ream et conventam; neque secundum praejudicium praetensum *in causa Seitzin contra Augspurg*, in qua feruntur esse decreti processus citationis, aliquid probat, cum a) si hac in causa processus a camera decreti fuissent contra ipsum Capitulum augustanum sede vacante, debuisset vi stili rubrum audivisse: *in causa Seitzin contra das Domcapitul zu Augspurg;* neque b) constat: an haec causa Capitulum qua tale in specie, an vero Episcopatum attigerit, neque c) ex decretis a camera processibus citationis aliquid probatur contra Capitula, tota enim die decernuntur processus citationis in supremis tribunalibus, verum opppositis exceptionibus fori declinatoriis processus decreti suis destituuntur effectibus g); debuisset igitur probari a DECKHERRO, quod etiam in illa praetensa causa rejecta exceptione fori austraegalis sententia definitiva lata

g) Simile exemplum est in precibus primariis, quarum jus et exercitium ex solis diplomatibus primariarum precum collativis nullatenus probatur, cum saepius quidem jussu vicariorum Imp. et aliorum expedita et transmissa sint ejusmodi diplomata ad collatores beneficiorum, verum ob non factam acceptationem fuere suo effectu destituta.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lata sit; inde et plurimi jureconsulti longe celeberrimi Capitulis metrop. et cath. sede vacante jus austraegale vindicarunt, et quidem praeter allegatum supra LYNCKERUM et allegatos ab eo l. c. scriptores adhuc memorandi sunt ZIEGLER *ad praxin cal. vol.* §. austraegae, concl. 1. n. 36. SCHUBHARD *de aust.* c. 3. n. 35. GÜNTHER *de fundanda jurisdict. cam.* n. 38. UMM disp. IV. *ad process.* n. 40. OTTO MELANDER *ad proc.* MEURER P. I p. 46. n. 10. HENR COCCEI *in juris publ. prud.* c. 32. §. 24. et in diss. *de austraegis* q. 4. SAMUEL STRYCK in diss. *de foro austraegali* n. 29. T. I. dissertat. p. 250. BECKMANN disp. I. *ad ord. cam.* §. 33. p. 364. in *juris publ. utriusque tam ecclesiastici quam politici* P. III. J. H. BOEHMER in *jure eccl. prot.* L. III. tit. IX. §. 24. ENGAU in *elem. juris canon.* L. 21. tit. 21. §. 229., FRID. BRUCKMANN Vol. I. Cons. 20. n. 84. et alii. Imo quod stupendum est, Capitulis omnia fere jura territorialia et statibus Imp. alias competentia et in immedietate fundata denegans ICKSTATTIUS illis tamen vindicat jus austraegarum in citata saepius disquisitione *de Capitulorum metrop. et cath. origine* etc. §. 69. et 70. opusc. T. II. p. 435. Hisce igitur fundamentis et auctoritatibus confisa Capitula metrop. et cath in Germ. sede vacante, si in causis Archi- vel Episcopatus concernentibus, in quibus alias Archi- et Episcopi jure austraegali gaudent, in supremis tribunalibus conveniantur, decretis licet citationis processibus exceptionem fori declinatoriam opponere et ad jus austraegale provocare, facilique negotio, ut ipsa, eorum Ecclesiae, et eligendi Archi- vel Episcopi suo jure haud priventur, litem usque ad electionem novi Archi- vel Episcopi et interregni finem, ubi dubium obmotum per se cessat, protrahere possunt.

CAPUT III.

DE JURE MONETANDI CAPITULORUM METROPOLITICORUM ET CATHEDRALIUM SEDE VACANTE.

§. I.

Capitula metrop. et cath. sede non vacante in regula non gaudent jure monetandi, nisi particulari privilegio vel observantia illud acquisiverint.

Extra duhitationem positum est, et non solum privilegia ab Imperatoribus et Regibus Germaniae Archi- et Episcopis concessa *a*), sed et numi tam anti-

a) In celebri constitutione Friderici II. Imp. de A. 1220. *de juribus Princip. eccles. in* SENCKENBERGII *corpore reces. Imp.* P. I. p. 14. n. 8. §. 2. ait Imperator: „ nova „ the-

antiqui *b*), quam recentiores *c*) probant, quod omnes Ecclesiae tam metrop., quam cath. in Germ. gaudeant jure monetandi *d*). Quemadmodum autem sede plena Archi- et Episcopi exercent reliqua regalia Ecclesiis suis annexa; sic et illi soli utuntur jure monetandi nomine et jure suarum Ecclesiarum, consequenter sede archi- vel episcopali haud vacante in regula Capitula metrop. et cath. jus aliquod monetandi exercere numosque suo nomine cum propriis insignibus cudere haud possunt: varias autem exceptiones habet haec regula, dum 1) vi privilegiorum regiorum vel imperialium Capitula praedicta non nomine Archi- vel Episcopatus, sed jure proprio jus monetandi acquisiverunt. Exemplum illustre eatenus suppeditat Capitulum metropoliticum moguntinum, quod ex privilegio caesareo gaudet jure cudendi *aureos* sic dictos *martinenses*; licet autem diploma illud imperiale Capitulo metrop. mogunt. collatum necdum hactenus editum sit, nec etiam illud Capitulum post tempora seculi XVI. aureos martinenses cudi amplius curaverit, attamen jus illud Capitulo metropolitico competere probatur partim ex diplomate monetario a Maximiliano I. Imp. collegiatae equestri moguntinae ad S. Albanum A. 1518 die tertia Junii concesso *e*) ad preces Melchioris Pfintzing ad S. Albanum Praepositi, vi cujus equestri huic Ecclesiae jus cudendi aureos albanenses adinstar martinensium, qui a Capitulo metrop. mogunt. cuduntur, gratiose fuit concessum *f*); partim autem probatur hoc jus Capituli metrop. mogunt. ex ipsis aureis martinensibus jussu praedicti Capituli cusis, qui adhuc hodie magno numero partim in numophylaciis, partim privatim asservantur. Quod autem praedictum illud Maximiliani I. Imp. diploma

---

„ thelonea et *novas monetas* in ipsorum (princip. eccles.) territoriis sive jurisdic-
„ tionibus, eis inconsultis sive nolentibus, non statuemus, sed antiqua thelonea et
„ *jura monetarum eorum Ecclesiis concessa* inconvulsa et firma conservabimus." Conf. HONTHEMII opusc. *de monetis Archiepiscoporum trevir.* §. 1. in *historiae dipl. trevir.* T. II. p. 885.

b) Solidi scilicet et bracteati, quos collegerunt SEELÆNDER, JOACHIM, LEUCKFELD et alii.

c) Hi recensentur in MADAI *vollständigem Thalercabinet*, in A. CHRIST. WEISEN *Guldencabinet*, et in J. TOB. KOEHLER *Ducatencabinet*; aeri autem incisi in *Catalogue de monnoies en argent, qui composent une des differentes parties du cabinet imperial* etc. et in alio opere sub titulo: *Monnoies en or du cabinet imperial.*

d) Idem dicendum est de Ecclesiis Abbatum et Praepositorum Principum, quibus competit quoque juris monetandi regale. De caetero argumentum de *re monetaria Principum ecclesiasticorum in Germania* desiderat adhuc operam viri in historia Imp., jure publico germanico, et rebus numismaticis apprime versati: subsidia eatenus jam collecta esse novimus.

e) In originali adhuc asservatur in archivio Ecclesiae equestris S. Albani.

f) De hoc fusius agetur in Cl. DÜRRII *historia universitatis moguntinae* adhuc edenda.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ma concernit, primus illud edidit Cl. WÜRDTWEIN in praef. *elenchi numorum moguntinorum g)*, ubi ait Imperator: „ wann uns nun der ehrsame unser lieber andächtige „ Melchior Pfintzing Probst zu S. Alban bei Mainz gelegen unser Rath und Secretari hat zu erkennen geben, wie *die ehrsamen unser liebe Andächtigen „ Dhumprobst, Dechand, und Capitul des Dhumstifts zu Mainz von unsern Vorfahrn Römischen Kaysern und Königen hochlöblicher Gedächtnus gnädiglichen „ erfreuet, und fürsehen, auch in Gebrauch seyn, jährlichen, und eins jeden „ Jahrs ein Anzahl Gulden, die genant werden Sanct Martinsgulden, müntzen „ und schlagen zu lassen, welche Sie an Sanct Martins und anderen Festen unter „ sie austheilen, h)* denselben wolten die ehrsamen unsere liebe andächtige Dechand und Capitul bemelts Stifts Sanct Albans auch gern nachfolgen, und uns darauf demütiglichen angeruffen und gebetten ihnen hierinnen unsere Kayserliche „ Gnade mitzutheilen: das haben Wir angesehen des bemelten unsers Raths und „ Secretarien Melchior Pfintzing Probst demütig und ziemlich Bitt, auch die annehmen getreuen und nützlichen Dienst, so Er Uns, dem Heiligen Reich, auch „ unsern Häusern Oesterreich und Burgundie in mannigfältig Weisse oft willigliehen gethan, noch täglich thut, uud hinführo wohl thun mag, und soll, „ auch den löblich alt hergebrachten Gottesdienst, der in bemelts S. Albans Stift „ täglichen verbracht wird, und darum *mit wohlbedachtem Muth, zeitigen Rathe „ unser und des Reichs Churfürsten und Fürsten, i)* so dazumahl bei uns versammlet, denselben Dechand, und Capitul S. Albans Stift bei Mainz gelegen, diese „ sondere unser Gnad gethan und thun auch das in craft dies Briefs also, dass Sie und ihre „ Nachkommen nun hinführo jährlichen und eines jeden Jahrs eine Anzahl Gulden von hungarischen Korn und Gewicht allermassen, *wie das den berührten „ Dhumprobst, Dechand und Capitul des Stifts Mainz von unsern Vorfahrn Römischen Kaysern und Königen erlaubt und vergunt ist, und Sie sich jährlichen umb „ Sanct Martins und andere Feste des gebrauchen*, auch müntzen und schlagen, „ und Sie ihres Gefallens unter sich auf St. Albansfest in der andern Vesper aus-

„ theilen

---

g) Prodiit Anno 1769 Mannhemii typis academicis sub titulo: *Mainzer Müntzen des mittleren und jüngeren Zeitalters zum Behuf der Geschichte des Vaterlandes gesammlet und beschrieben von Stephan Alexander Würdwein Dechand zu unser lieben Frauen in Maintz.*

h) Maximilianus est testis omni exceptione major, qui non solum testatur de concesso ab antecessoribus suis hoc privilegio, sed et de actuali horum numorum percussione suo tempore facta.

i) Adeoque tum temporis jus monetandi concessum fuit ab Imperatore nonnisi praevia consultatione statuum Imp. et quidem Electorum et Principum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„ theilen ſollen und mögen von allermänniglich ungehindert. " Aureos autem martinenſes numero IX. partim ſub initium partim ſub finem praedicti opuſculi aeri inciſos exhibuit cit. Cl. WÜRDTWEIN, nullus autem eorum aureorum, quod mirandum, praeſefert annum percuſſionis. *Primus* in ordine horum martinenſium refert in parte antica S. Martinum adhuc catechumenum cum mendico *k*), caput ejus apertum nimbo eſt circumdatum, infra exſtat ſcutum Capituli metrop. mog. exhibens tres faſcias rubras in area argentea cum circumſcriptione literis gothicis vel monachicis efformata: SANCTUS MARTINUS EPISCOPUS; in poſtica conſpicitur in medio rota moguntina cum epigraphe: AUREA MAGUNCIA S. R. E. S. V. F. hoc eſt: *ſanctae romanae Eccleſiae ſpecialis vera filia.* *Secundus* aureus pondere duplex in parte adverſa exhibet S. Martinum catechumenum capite mitra tecto cum nimbo, infra appoſito ſcuto capitulari cum circumſcriptione literis quadratis romanis exarata: SANCTUS MARTINUS, et in averſa rotam moguntinum cum epigraphe priori aureo appoſita. *Tertius* in parte principali eſt ſimilis ſecundo quoad imaginem et inſcriptionem, quin tamen additum ſit ſcutum capitulare, in altera autem parte numi proſtat angelus tenens ſcutum quadripartitum, in cujus area prima et quarta exſtat rota moguntina *l*), in ſecunda et tertia autem inſigne Capituli cum inſcriptione: AUREA MOGUNCIA. Aurei ſub numeris *quarto* et *quinto* ſunt duplices, et conveniunt quoad omnia cum aureo ſub numero ſecundo, niſi quod in quarto rota moguntina habeat octo medios, dum in prioribus et ordinarie ſex radii occurrunt. Aureus *ſextus* in averſa ſiſtit S. Martinum catech. more conſueto, verum ſine ſcutulo cum inſcriptione literis monachicis facta: MARTIN. *us* ADHUC CATICUM. *enus*, h. e. *catechumenus;* in reverſa angelus tenet ſcutum more ſupra relato quadripartitum, in cujus autem area prima et quarta inſigne Capituli, in ſecunda et tertia rota moguntina proſtant. In antica aurei ſub numero *ſeptimo* S. Martinus

---

k) Paradoxum primo obtutu videri poſſet, quod Capitulum metrop. mogunt. S. Martinum ſuum patronum tutelarem non in habitu epiſcopali, ſed nonniſi ut militem equeſtrem adhuc catechumenum partem pallii pro mendico diſſecantem tam in aureis martinenſibus, quam in numiſmatis ſede vacante percuſſis ac ſuis etiam ſigillis exhibeat, verum hoc factum eſt ex communi more gentis Germanorum, cujus jam ex teſtimonio Taciti de moribus Germanorum praecipua ſtudia fuere res militaris et venatoria, et inde ſanctos ſuos Epiſcopos, qui antea fuerunt milites aut venatores, libentius in habitu militari et venatorio, quam epiſcopali exhibuit, de quo fuſius aget Cl. DÜRR in *antiquitatibus chriſtianis de S. Martino Eccleſiae et dioeceſeos moguntinae patrono tutelari.*

l) Rota argentea in cambo rubro proprie eſt inſigne Archiepiſcopatus et Electoratus moguntini, unde notatu dignum, quod inſigne hoc archiepiſcopale etiam in ſuis aureis ſede plena cuſis exhibuerit, imo duplicatum propriis inſignibus pariter duplicatis ſcilicet faſciis tribus rubris in campo argenteo junxerit in ſcuto quadripartito Capitulum metrop. mog. et ſic in conſpectu Archiepiſcoporum, quod una cum illis Eccleſiam metrop. mog. ſub rotae ſymbolo denotatam repraeſentet, publice ſignificare haud dubitarit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tinus praefefert enſem, dum fingitur jam dediſſe partem pallii mendico, circumpoſitaeque ſunt literae gothicae S. M. E. hoc eſt: *Sanctus Martinus Epiſcopus*, in poſtica rota moguntina cum verbis: PATRON. *us* ECCE. *Eccleſiae* MAGUNT. *untine.* In aurei *noni* anteriore facie S. Martinus ſine mendico dextra tenet gladium erectum, ſiniſtra partem pallii abſciſſam cum literis gothicis: A. M. E. *aureus moguntinae Eccleſiae*, in poſteriore facie exſtat ſcutum quadripartitum, ubi in area prima et quarta inſigne capitulare, in ſecunda et tertia autem rota mog. conſpiciuntur cum epigraphe literis gothicis efformata: PATRO. *nus* ECCE. *Eccleſie* MAG. *untine*, alii adhuc tales martinenſes aſſervantur in numophylacio univerſitatis mogunt. in quorum uno annus 84. minoris numeri probabilius 1584. annotatus eſt.

Neque etiam ex eo, quod longiori tempore non uſum fuerit hoc ſuo jure cudendi martinenſes aureos Capitulum, inferri poteſt, jus illud monetandi exſpiraſſe, cum notorie hujus privilegii exercitium ſpectet ad res merae facultatis, his autem rebus per ſolum non uſum non praeſcribatur, adeoque merito inſigne hocce jus cudendi aureos martinenſes eo magis innovandum eſſet, cum particularis documentum ſit praerogativae, et collegiata equeſtris ad S. Albanum ſuum jus continuo exerceat *m*).

Quod jam A 941. Otto I. Imp. Capitulo metrop. magdeburgenſi jus monetandi in civitate magdeburgenſi contulerit, patet ex ejus diplomate apud HIRSCH *in dem teütſchen Reichs-Münz-Archive* P. I. n. 4. p. 3. et ſeq. ubi ait Otto: „ Fratribus in loco Magdeburg nominato ad ſervitium Dei ſanctorumque martyrum „ Mauritii atque Innocentii a nobis congregatis, totum quod a vectigali et telo-

„ nio

m) Voluit quidem jureconſultus quidam anonymus in J. D. KOEHLERI *Münzb.* P. XIII. p. 22. praetendere, jus monetandi ſolo nonuſu poſt lapſum triginta annorum exſpirare ex principio, quod omnia privilegia etiam legitime acquiſita, ſi non exſtinguantur non uſu decennii ex ſententia MEVII P. II. dec. I. n. 1. STRYKII *de non uſu juris quaeſiti* Cap. III. per totum, PUFFENDORFII *de privilegiis* C. I. §. 142. et ſeq. attamen certo conſumantur per lapſum triginta annorum ad mentem LEYSERI *ſpec.* 457. *med.* 6. et 7. nec non REINHARTI in diſſ. *de eo, quod circa amiſſionem privilegiorum per nonuſum juſtum eſt.* §. 22. et 23. Verum hallucinatur ille, exercitium enim juris monetandi ſpectat ad res merae facultatis, res autem merae facultatis ſolo non uſu nunquam amittuntur vel praeſcribuntur, nifi acceſſerit inhibitio unius et acquieſcentia alterius, prout deduxerunt ESTOR in diſſ. *de actibus merae facultatis*, PHILIPPUS HAHN in diſſ. *de rebus merae facultatis hactenus perperam definitis*, cit. LEYSER *ſpec.* 462. *med.* 6. *et* 7. KLOCK T. I. *conſ.* 29. *n.* 589. et *conſ.* 15. n. 113. T. II. *conſ.* 18. n. 84. Id quod manifeſta confirmatur praxi et obſervantia Imp., dum noviſſime partim ſtatus Imp., qui longiſſimo abhinc tempore ſuo jure monetandi haud uſi fuere, partim Principes, qui nunquam abhuc numos antea ediderunt vi privilegii numarii, attamen unciales ad normam conventionis cudi curarunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„ nio vel *moneta* ejusdem loci venire potuit, ad usus illorum imperiali regie „ auctoritatis precepto jure perenni in proprium concessimus. " Id quod innovavit A. 965. diplomate l. c. n. 5. p. 4. verbis: „ et mercatum in Magdeburg et „ *monetam* omnesque telonei fructus vel usuras . . . acquirendas vel accipiendas, „ seu quicquid hactenus utilitatis exinde ad nostrum publicum jus pertinere videbatur, totum, et ex integro Deo sanctoque Mauritio in Magdeburg transfudimus, „ offerimus atque donamus ut servi Dei diu noctuque S. Mauritio ibidem famulaturi, pro nostra quoque Dominum salute deprecaturi absque ullius semper „ contradictione teneant et possideant, et suis, ut libuerit, usibus adjungant. "

Quod similiter Capitulum cathedr. bambergense seculo XI. acquisiverit jus monetandi, clarissime probatur ex diplomate Henrici IV. Kal. Aug. A. 1062. hic Moguntiae dato, quod in cit. *cod. probat diplomat.* num. 55. aeri incisum est, ubi ait praedictus Rex: „ Regularibus Sancte Babenbergensis Ecclesiae in majori monasterio videlicet Sancti Petri Deo militantibus ad quendam locum illorum juris „ Vürte dictum in pago Nortgowe situm in comitatu Heinrici comitis mercatum „ a beate memorie patre nostro aliquando Nuoremberc translatum cum theloneo, „ *et percussura proprii nomismatis* reddidimus et reconfirmamus, ita ut mercatores ibidem negotiantes finitimorum mercatorum scilicet radisbonensium, wirciburgensium, babenbergensium justitiis utantur, itaque ut hoc nostre clementie „ beneficium *prenominatis fratribus* plenius, liberiusque cedat in usum, volumus etc. "

Pariter quod ad Capitulum cathedrale spirense seculo XIII. spectarit jus monetandi in oppido crucenacensi, patet ex sequentibus ineditis diplomatibus et quidem 1) ex recognitione Simonis comitis spanhemensis A. 1237. coram Episcopo spirensi facta hujus tenoris: „ In nomine sancte et individue Trinitatis. *C. onradus* Dei gratia Spirensis Episcopus: constitutus in presentia nostra Symon Comes de Spanheim coram nobis publice profitebatur, *quod moneta in Crutzena cum omni jure suo attineret Ecclesie majori spirensi* secundum continentiam privilegii ejusdem Ecclesie, preterea de tredecim marcis et dimidia colonienſibus, quas tenetur ibidem S. *ymon* persolvere Capitulo ejusdem loci de bonis in Bechelnheim talem dedit Capitulo cautionem, quodsi ipse commonitus a Capitulo in ascensione Domini eandem summam pecunie Capitulo non persolvet, ipse cum duobus militibus scilicet Symone et Bertholdo dicto Seuhe castellanis suis vel aliis duobus sine fraude a die commonitionis ad VIII. dies Spiram intrabit nunquam inde exiturus, nisi facta dicte pecunie plenaria solutione, si autem saepe dictum Symonem Comitem extra terram morari contigerit, et officialis suus Bülovelt aut alius, qui pro tempore fuerit, commonitus in ascensione Domini dictam pecuniam nomine Comitis non persolverit, una cum predictis militibus in octava Pentecostes Spiram se presentabit sub forma

forma praedicta. Preterea adjecit idem S. *ymon* Comes, quod eadem pecunia ſub periculo et ducatu ſuo Spiram debet preſentari, haec autem praedicta fidei interpoſitione firmaverunt tam Comes, tam dicti fidejuſſores. Teſtes ſunt Comes de Vehingen, Dominus Otto de Eberſtein, Otto de Bruchſella, Adelvolcus et filius ſuus Albertus de Lachen milites, et alii quam plures. Petivit autem dictum Capitulum hanc paginam noſtro ſigillo et Comitis de Spanheim roborari. Actum A. D. 1237. indictione X. "

Alterum diploma ejusdem A. 1237 concernit elocationem monetae in Crutzena per Capitulum cathedrale ſpirenſe factam Hertwico et Bertramo civibus ibidem ad quatuor annos, cujus hic eſt tenor:

„ Capitulum Spirenſe. Profitemur coram omnibus, quod nos vendidimus „ Hertwico et Bertramo civibus in Crutzena *monetam*, *quam habemus ibidem cum* „ *ſuis attinentiis*, a proxima nativitate Domini ad quatuor annos totaliter percipien- „ dam pro XXIIII. marcis colonienſibus, ita quod ſingulis annis in feſto Martini „ VI. marcas colonienſes nobis Spiram preſentent, ſi vero prafati H. et B. in ter- „ mino ſtatuto penſionem debitam non perſolverint, Emercho Scultetus, Bur- „ chardus, Ulricus, Godeſcalcus, *Hugo monetarius de Flanheim*, Baldemarus faber „ fidejuſſores omnes ſe ſimul repreſentabunt in domum cujuscunque tabernarii vo- „ luerint, nec domos ſuas per XIIII. dies inhabitabunt, niſi penſio noſtra, pro „ qua fidejuſſerunt, nobis perſolvatur, monitione tamen premiſſa, ſed ſi infra „ XIIII. dies nobis non ſatisfactum fuerit, dicti fidejuſſores ſtatim elapſis XIIII. diebus „ Spiram ſe repreſentabunt nunquam inde exituri, niſi pecunia debita perſoluta; „ adjecimus etiam: ſive dicti H. et B. monetaverint, ſive non, nichilominus no- „ bis in dicta ſumma pecunie ſecundum formam preſcriptam reſpondebunt; vo- „ lumus etiam: quodſi aliqui fidejuſſorum prenominatorum deceſſerint, alii loco „ eorum ſubſtituantur, qui ad id teneantur; *quodcunque autem incommodum* dictis „ H. et B. *ſuper prefata moneta incumbet*, nos eis aſſiſtemus omni diligentia non „ obſtantibus litteris illis, quas Didrich de Alceja ſub dolo et fraude obtinuit, ſed „ ſi iidem a contractu facto poenitentia ducti deſiſtant, nobis dabunt penam X. „ Marcarum, ad idem nos tenemur eis. Actum A. D. 1237. indict. X. datum in „ Nativitate Domini. "

Quod denique Capitulum cathedrale monaſterienſe etiam ſede plena gaudeat facultate cudendi numos cupreos, refert J. D. Koehler *in den Münzb.* T. 19. p. 22. Idem praetendit Capitulum cathedrale osnabrugenſe, quod A. 1740. curavit cudi monetam cupream trium obolorum, in quorum antica proſtat S. Petrus patronus Eccleſiae osnabrugenſis, dextra duos claves, ſiniſtra librum geſtans, ante ſe habens rotam, inſigne Epiſcopatus osnabrugenſis cum circumſcriptione: Mon-

eta

eta CATHEDRA. *lis* ECCLES. *iae* OSNABR. *ugensis*; in postica legitur III. PFENNING 1740. Conf. cit. KOEHLER l. c. p. 17. Inhibuit autem cursum horum numorum Elector coloniensis p. t. qua Episcopus osnabrugensis per literas patentes, praetendens hac ratione violari regale juris monetandi sibi soli sede plena competens. Opposuit etiam se regimen Electoratus hannoverani ob competentem domui electorali brunswico - lüneburgensi vi P. W. in hoc Episcopatu alternativam. Argumenta pro Capitulo et contra illud militantia produxit citatus KOEHLER l. c. p. 18. et seq.

§. II.

Sede vacante transit ad Capitula jus monetandi Ecclesiis metrop. et cath. annexum.

Quemadmodum ex supra deductis in genere omnia regalia Ecclesiis metrop. vel cath. annexa, quae Archi- vel Episcopi respective nomine Ecclesiarum suarum durante suo regimine exercent tanquam legitimi suarum Ecclesiarum administratores, transeunt sede vacante ad Capitula, sic et in specie jus monetandi ad illa transfertur, ita ut nomine et jure Archi- et Episcopatuum jus illud ipsis Ecclesiis proprie competens *a*), si velint, exercere possint; recte enim argumentamur ab universali

a) Quod, sicut alia regalia, ita et in specie jus monetandi ipsis Ecclesiis metrop. et cath. annexum sit, illudque etiam Capitula exercere possint sede vacante, hoc ex plurimis iterum probatur diplomatibus, quorum quaedam saltem lubet adducere; sic Otto II. Imp. diplomate anno 924. Trotmennii dato „ob interventum dilectissimae conjugis „Theophaniae, nec non Willegisi S. Moguntinae Ecclesiae Archiepiscopi *Ecclesiae* „*moguntinae confirmavit omnes res et traditiones illi factas ab Antecessoribus suis Re-* „*gibus et Imperatoribus*, id est, Abbatias tam canonicas, quam monachicas Eccle- „sias, et *monetas . . . eidem sedi appertinentes*," et in alio diplomate A. 983. non solum confirmavit Willigiso utilitates et jura, quae in civitate Pinguia antea habuerant Archiepiscopi moguntini, „*sed et ad Ecclesiam Archiepiscopalem in urbe moguntina* „*constitutam*, *in honorem S. Martini consecratam* donavit, quidquid juris ibi habuerat „(Otto Imp. qua Rex Germaniae) *cum caeteris utilitatibus omnibus in moneta.*" Unde et omnes monetae Archiepiscopatus moguntini cusae sunt vel Moguntiae vel Bingae, quia utraque officina monetaria spectavit ad Ecclesiam moguntinam. Sigismundus Imp. etiam in diplomate Dietherico Archiep. mog. A. 1434. Presburgi die S. Clementis dato ait: „und haben Ihme und seinen Nachkommen Ertzbischöffen, *und dem* „*Stifft zu Maintz* alle und jechliche ihr . . . Gericht, Zoll, *Müntz*, und alle an- „dere Güter, die dem obgenanten Ertzbischoffen Dieterich, seinen Vorfahren, *und* „*seinem Stifft* von Römischen Kayser und Königen gegeben und verliehen seynd, be- „stättigt;" et in diplomate a Maximiliano I. Imp. Bertholdo Archiep. mog. ratione civitatis moguntinae concesso Coloniae A. 1486. feria III. post Phil. et Jac. legitur: „demnach Wir erfahren, dass die Ertzbischöffe *und Stifft zu Maintz* von alten Zeiten „bisher die Eigenschaft, Herrschafft . . auch *Müntz*, Maas, Gewicht, . . . in ge-

versali ad particulare, nec ullibi per leges Imp. jus hoc ablatum est sede vacante saepe memoratis Capitulis *b*), imo conveniens potius est analogiae juris, ut, quemadmodum sede plena administratorio jure exercent Archi- et Episcopi jus monetandi titulo Archi- et Episcopatuum, sic et illud pari jure et titulo exerceant Capitula *c*); et hoc confirmat etiam ipsa Imp. praxis et continuata ab antiquo ad novissima tempora usque observantia, vi cujus Capitula tam metrop. quam cath. sede vacante jure suarum Ecclesiarum, quarum insignia suis in numis exhibent, monetas tam aureas quam argenteas usuales publici usus et commerciorum causa varii moduli in magna saepe quantitate cudi fecerunt.

Quod autem concernit originem et antiquitatem hujus juris a Capitulis exerciti, produxit quidem Joh. Fridericus Joachim *in dem neu eröffneten Groschencabi-*

„ melter Stadt gehabt" etc. Pariter Carolus IV. Imp. in diplomate d. d. Nürnberg 1357. am Suntag Reminiscere „ hat erlaubt dem ehrwürdigen Leupolt Bischofze Babenberg, und seinen Nachkommen Bischoffen *und dem Stifft zu Babenberg*, daz Sie in ihrer Stadt zu Babenberg *eine silberne Müntz machen und slahen sullen und mügen ewiglich, als sie daz vormals getan haben* also doch, daz solche Müntze gute und gebe sei beide an dem Silber, und auch an dem Gewichte." Extat in citato *cod. probat. dipl. ad deduct. bamb. n.* 35.

b) Ickstatt in cit. disquisitione §. 62. opusc. T. II. p. 418. denegavit etiam Capitulis hisce sede vacante juris monetandi facultatem ex ratione, *quia, ut huic juri manus ingerant Capitula, nulla necessitas deposcit, et ea, quae solis Episcopis concessa, ab aliis vicario nomine minime exerceri permittuntur*, subjunxitque: *hinc dum saeculo superiori sede episcopali vacante Capitulum bambergense monetandi jus exercere intenderet, fiscus caesareus interveniendo mox, ut a coepto desisteret, effecit.* Verum omni fundamento destituuntur haec asserta, nam a) non memorando, necessitatem quandoque velut ad evitanda damna, prout casus fuit cum Capitulo bambergensi, vel ob defectum monetae, prout casus contigit cum Capitulo magdeburgensi, inducere posse Capitula ad cudendas sede vacante monetas: in nulla lege Imp. praescriptum est jus monetandi nonnisi ex necessitate exerceri posse; quemadmodum enim Episcopi sede plena etiam sine necessitate solius memoriae causa possunt jubere cudi monetas, sic et idem possunt Capitula. b) Falsum est, solis Episcopis monetandi facultatem concessam esse, sed ipsis Ecclesiis hoc jus cum aliis regalibus fuit annexum, nec etiam vicario, sed Ecclesiae nomine Capitula hoc jus exercent. c) Quid fiscalis caesareus contra Capitulum bambergense effecerit, ex infra deducendis patebit. Caeterum Capitula pro se habent antiquam possessionem, observantiam et praescriptionem, plura autem ad exercitium alicujus regalis legitimum ex jure publico Imp. praetendi haud possunt.

c) Nulla autem hoc loco est quaestio de *numismatibus* sic dictis *memorialibus* non ad cursum publicum et commerciorum usum, sed solummodo ad conservandam exerciti a Capitulis sede vacante regiminis interimistici memoriam efformatis, haec enim non praesupponunt aliquod jus monetandi, nam quivis etiam canonicus jubilarius, imo privatus quivis potest curare sibi fieri numismata ejusmodi, consequenter multo magis Capitula metropolitica et cathedralia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cabinet X. Gefach (ubi egit de numis argenteis Archiepiſcoporum coloniensium) num. 31. numum coloniensem, quem putavit juſſu Capituli metropolitici cuſum eſſe ſede coloniensi poſt depoſitionem Theodori Archiepiſcopi ab A. 1214 uſque ad A. 1216. vacante, et ad hanc ſententiam ſuam ſtabiliendam movit quaeſtionem, an hoc ſeculo XIII. civitas coloniensis jam gaviſa fuerit privilegio monetandi? Cum autem haec civitas hiſce temporibus jus cudendi monetam proprio nomine necdum habuerit, ſed illud demum a Friderico III. Imp. impetrarit (id quod etiam teſtatur diploma apud HARTZHEIH in tract. *de re monetaria coloniensi* p. 256. et ſeq.) exinde fecit conclusionem numum illum a ſe productum juſſu Capituli metrop. coloniensis fuiſſe cuſum in officina monetariorum in civitate coloniensi conſtitutorum *d)*, quemadmodum et Archiepiſcopi coloniense in eadem officina ſuas pariter cudi curaſſent monetas. Hoc ſi aſſertum veritate niteretur, hic numus foret primus in Germania inter monetas a Capitulis ſede vacante cuſas et admodum memorabilis. Cum vero numum praedictum facta memorati Archiepiſcopi depoſitione et ſede eatenus vacante cuſum eſſe hactenus nulla ratione probatum fuerit, exemplum hoc in nullam hoc loco venit conſiderationem. Aſt non opus eſt ad antiqua haec adſcendere tempora, ſed ſufficit indubitatos eatenus a tempore ſeculi XVI. obſervantiae hujus actus tanquam teſtes omni exceptione majores ordine chronologico adducere: cudi autem numos uſuales ab hoc tempore curarunt ſede vel impedita vel vacante ſequentia Capitula partim metropolitica, partim cathedralia, et quidem

1) Capitulum metropoliticum magdeburgenſe ſede impedita ob minorennitatem Adminiſtratoris Chriſtiani Wilhelmi ab A. 1598 usque ad A. 1608 uſuales plurimos unciales fieri fecit ſub titulo: *Monetae Archiepiſcopatus Magdeburgenſis.*

2) A. 1617. Capitulum cathedrale halberſtadienſe ſede vacante ſub titulo et nomine *Epiſcopatus Halberſtadienſis* uncialem duplicem uſualem, uti et

3) A. 1630. ſede pariter vacante florenum,

4) A. 1632. Capitulum cathedrale argentoratenſe ſede impedita ob minorennitatem Epiſcopi Leopoldi Wilhelmi Archiducis Auſtriae aureos,

5) A. 1638. Capitulum metropoliticum magdeburgenſe ſede vacante numos uſuales tam argenteos quam aureos diverſi moduli,

6) A. 1650. Capitulum cathedrale monaſterienſe unciales, ut et

7) A. 1683.

---

d) Quod in civitate coloniensi jam tempore Regum Francorum et Germaniae fuerit officina monetaria, patet ex numis eorum ibidem cuſis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

7) A. 1683. sede pariter vacante similes, nec non

8) Eodem A. sede vacante Capitulum cathedrale paderbornense unciales, pariter

9) A. 1688. memoratum saepius Capitulum metropoliticum magdeburgense unciales; uti etiam

10) Eodem A. Capitulum cathedrale hildesiense unciales, et

11) Eodem quoque anno similes Capitulum cathedrale monasteriense,

12) Eodem pariter anno Capitulum cathedrale leodiense unciales percussit, et verisimiliter etiam aureos, quae omnia inferius ex descriptione numorum horum adhuc extantium clarissime probabuntur; hisce praeviis et ad ductum horum Capitulorum

13) A. 1693. Capitulum cathedrale bambergense sede vacante sub insignibus Episcopatus bambergensis unciales partim ad evitanda damna ex facta tum temporis monetarum devalvatione camerae episcopali enata *e)*, partim in memoriam perpetuam regiminis capitularis interimistici cudi curavit.

Unciales hi Capituli cathedralis bambergensis etiam ea ex causa sunt memorabiles admodum, quod ob illos in consilio imperiali aulico mense Aprili A. 1694. decreta fuerit *citatio* Capituli praedicti *ad videndum se incidisse in poenam et mulctam juribus et constitutionibus Imp. conformem in Sachen das Müntzweesen im Reiche betreffend f), in specie fiscalis contra das Domcapitul zu Bamberg. g)*

Quod

---

e) In protocollo Capituli bambergensis d. d. 27. Octob. 1693. haec leguntur: „ Nachdeme „ von Kammersecretario Gelter wegen der in 7000 Rthr. verschlagenen sächsischen Gro- „ schen und dabey habenden Verlust bey deren hinkünfftiger Umsetz- und Ausprägung „ in pleno referiret worden, hat ein Hochwürdig Dom-Capitel beschlossen, dass dar- „ vor Rthr., welche ad 24 Batzen auszugeben, gemüntzet, auf dem Gepräg aber auf „ einer Seiten die Inscription und Wappen: *Insignia Dioeceseos Bambergensis*, auf der „ andern Seiten aber: *Capitulum Bambergense tempore interregni* mit dem Capitelswap- „ pen gesetzt werden solle. "

f) Tum temporis adhuc fuit in Germania magnum illud rei monetariae disturbium, quod longe ab illo tempore ab ipsis Imp. statibus excitatum fuerat, dum monetae haud justo in valore sunt cusae, unde A. 1690 stabilita fuit norma monetaria sic dicta lipsiensis ab Electoribus saxonico et brandenburgico, nec non Ducibus brunswicensibus, quam successive et alii status Imp., ac tandem universum Imperium acceptarunt. Conf. J. C. Hirsch l. c. V. Th. p. 290 et seq. Ex hoc quoque capite facta est devalvatio grossorum saxonicorum. Hirsch l. c. p. 366. n. 174.

g) In protocollo capitulari sub acto Bamberg in peremtorio SS. Trinitatis den 5. Jun. 1694. hujus rei fit mentio in formalibus: „ Nachdeme mir (Secretario Capituli) den 6ten „ curren-

Quod autem hic fiscalis caesareus unice eo ex capite processum suum fiscalem contra praedictum Capitulum cathedrale bambergense inchoarit, quia praetendit, quod sede vacante Capitulum nomine Episcopatus non gaudeat jure monetandi, sed jus hoc sit soli Episcopo sede plena privative proprium, discimus ex *deduct. wirceburgensi* supra memorata, quae eodem tempore prodiit sub titulo: *Factum et jus* etc. in summario n. 67. p. 406., ubi auctor hujus deductionis, qui totus in eo fuit, ut Capitulis metrop. et cath. sede vacante omnium regalium Ecclesiis hisce annexorum exercitium extorqueret, secundum praeposterum suum concipiendi modum denegare illis etiam voluit jus monetandi, et inde sequentia scripsit: „ et hinc „ iterum evenit, quod Capitula neque de jure antiquo, neque de novo, aut ex „ privilegio politica vel regalia pertractaverint *h)* sed omnia, uti praefertur, sede „ vacante *pro voluntate Imperatorum* una cum Episcopi ipsa electione directa „ fuerint *i)*, ex ratione indubia, *quia ardua sunt, et ea, quae valde ardua sunt,* „ *et secundum consuetudinem Ecclesiarum (aut investituram caesaream) solis praelatis seu* „ *capitibus Ecclesiarum competunt*, sede vacante Capitulum expedire non potest *k)*, „ maxime

„ currentis durch den Hochstiffts Agenten zu Wien Johann Adam Ditterich die *citatio ad videndum se incidisse in poenam et mulctam juribus et constitutionibus Imp.* „ *conformem in Sachen das Münzweesen im Reiche betreffend in specie fiscalis contra* „ *das Domcapitel zu Bamberg* d. d. Wien den 23. Aprilis überschicket worden, habe „ ich das beygebundene Paquet Seiner Hochwürden und Gnaden dem Herrn Domdechant überreicht, welcher es ad peremtorium S. Henrici zu verschieben anbefohlen. " In hoc peremtorio S. Henrici autem nihil eatenus venit ad propositionem, interim vi protocolli capitularis d. d. Samstag den 26. Febr. 1695. „ sind dem Agenten „ zu Wien Joh. Adam Ditterich wegen dem fiscalischen Process 6. Rthr pro subarrhatione und 20 Rthr. Bestallung in puncto der in Interregno ausgeprägter Thaler „ gnädig verwilliget worden. "

h) Frustra haec sine probatione asserta sunt ab auctore hujus deductionis, nam secundum supra a nobis deducta Capitula metrop. et cath. de jure tam antiquo quam novo politica et regalia Ecclesiis annexa sede vacante (adinstar Episcoporum sede plena) semper pertractarunt.

i) Quam parum Imperatores vi legum Imp. sede plena exercitio regalium episcopali sese ingerere possunt, tam parum etiam, prout pariter jam supra deductum fuit, se possunt immiscere exercitio regalium capitulari sede vacante, cum eatenus adsit identitas rationis legum Imp.: et sine omni fundamento et probatione ad captandam benevolentiam scripsit hic auctor adulandi spiritu inductus.

k) Auctor non habet veram de arduis Ecclesiarum negotiis ideam, si exercitium regalium, prout sibi persuadet, ad ardua spectaret, exinde sequeretur Capitula sede vacante nec jurisdictionem civilem nec criminalem, cum jurisdictio inter praecipua regalia sit referenda, exercere posse, adeoque deberet esse justitium sede vacante; 2) vi canonum ardua Ecclesiae negotia etiam sede plena non possunt peragi ab Episcopo sine consensu Capituli

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„ maxime si modica sit vacatio sedis, et brevi speretur Episcopus successor futu-
„ rus. LAYMANN *conclus. 86. de jurisdictione ordin.*, et ex eodem PIRRHING n.
„ 50. PIGNATELLI l. c. et alii *l*), *quin imo si Capitula dicta succederent jure or-*
„ *dinario episcopali et de per se possent utique utendo hoc suo jure quaevis regalia*
„ *sede vacante exercere, adeoque monetas cudere, a cujus autem exercitio tam longe*
„ *absunt in Imperio m*), ut etiam Capitulum bambergense ante triennium (1693)
„ *sede episcopali vacante hoc regali abutendo et monetas suo nomine cudendo* a fis-
„ cali Imperatoris in jus desuper vocatum fuerit, *et in praesens acriter in causa*
„ *hinc inde coram consilio aulico viennensi agitata ab utraque parte pro definiti-*
„ *va submissum fuerit; qua contradictione fiscali stante n)* iterum luculenter patefit
„ Capitulo herbipolensi *jure ordinario episcopali ac de per se nullum jus in admini-*
„ *strandis regalium juribus et politicis temporalibus competere.* etc. " Pro-
cessus autem hic fiscalis, prout etiam fatetur allegatus deducens wirce-
burgensis, usque ad submissionem causae continuatus fuit *o*). Cum autem,
prout ex deductis jam patet, ille processus ex parte fiscalis non solido satis nitere-
tur fundamento, accedentibus variis rationibus politicis facta actorum judicialium
abolitione nulla in hac causa publicata fuit sententia definitiva, sed unciales illi sede
vacante

Capituli, consequenter nec regalia sine consensu capitulari exercere posset tanquam negotia praetense ardua; quaenam absurda ex principiis absurdis?

l) Infelix hic causidicus ad impugnanda Capitulorum jura nonnisi praeposteris usus fuit armis, rationes enim suas et argumenta ex doctorum antiquorum, ex peregrinorum scriptorum armamentario desumsit, de constitutione et politia Ecclesiarum germanicarum, de legibus et observantia Imp., jurisque analogia nihil ipsi innotuit; ubi de regalibus et juribus statuum Imp. quaestio erat, ad jus civile romanum provocavit, et in hoc suae causae patrocinium quaesivit; verum inter caecos luscus erat Rex.

m) Recte argumentatur hic scriptor ab universali ad particulare, quo argumento et nos supra usi sumus, male autem subjunxit observantiae Imp. ignarus hic defensor a jure cudendi monetas longe abesse Capitula imperio, dum a nobis duodecim ante ejus tempora exerciti hujus juris monetandi actus a nemine contradicti fuere adducti.

n) Quasi vero sola contradictio fiscalis Capitulis metrop. et cath. regalia sua et jus monetandi sede vacante competentia possit auferre, cum potius constet saepissime frivolos et ignaros fiscales ob suas temerarias lites in expensas fuisse condemnatos, similem poenam verisimiliter subiisset hic quoque fiscalis ob temerariam litem suam, si sententia in hac causa fuisset publicata.

o) In protocollo Capituli cathedralis bambergensis sub acto Mittwochen den 2. May 1696. annotatum fuit: „ Auf die fiscalische Submissions-Schrifft ist geantwortet, und pari-
„ ter submittiret, dahero dem Doctor Ditterich nach bezahlten heurigem Salario und an-
„ dern Gebühren die Bestallung abgeschrieben worden, weilen Er in hac causa nicht
„ mehr nöthig, und zumahlen so grausam-grose Zettul machet. "

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vacante cusi et divulgati suum in Germania cursum retinuere, nec in ullis actis monetalibus contra usuales hosce unciales Capituli bambergensis in cursu constitutos vel minimum amplius fuit oppositum *p)*, et ab illo tempore etiam reliqua Capitula tam metropol. quam cath., quae antea jure hoc suo necdum fuere usa, sede vacante in testimonium publicum exerciti regiminis curarunt cudi partim numismata memorialia, partim monetas etiam usuales *q)*, quos numos hoc loco accuratius describere non abs re erit, ita ut ex ipsa observantia quoque in conspectu totius imperii exercitata jus monetandi saepe memoratis Capitulis sede vacante competens extra omnem dubitationem ponatur.

§. III.

Recensentur numi sede vacante a Capitulis Ecclesiarum metropoliticarum in Germania cusi.

Et quidem

1) Capitulum metrop. mogunt. A. 1732. sede moguntina post mortem FRANCISCI LUDOVICI ex linea palatino neoburgica Archiepiscopi et Electoris moguntini vacante ad exemplum Capitulorum aliarum Ecclesiarum metrop. et cath. Germ. prima vice cudi jussit argenteos triplicis moduli regiminis sede vacante exerciti testes, et quidem unciales, semunciales, et quartae partis unciae; in uncialium parte adversa anepigrapha conspicitur S. Martinus adhuc catechumenus, eques, mendico partem pallii abscindens, infra exstat insigne Capituli metrop. mog., quod secundum supra dicta refert quatuor fascias rubras in campo argenteo, in parte aversa legitur inscriptio: CAPITULUM METROPOLITANUM MOGUNTINUM SEDE VACANTE 1732. lauro circumdata. Conf. GUDENUS in *uncialaeo selecto.* p. 13., numum hunc aeri incisum exhibuit et illustravit J. D. KOEHLER *in den Muntzb.* P. VIII. p. 265. ubi et egit de S. Martino, et p. 269. de Capitulo metrop. mog. Conf. idem l. c. P. II. in der Vorrede §. 40. p. IV. in der Vorrede §. 22. MADAI P. I. p. 132. n. 414.

2) Post

---

p) Dubio procul multum eatenus etiam auctoritate sua contulit Franciscus Lotharius tum temporis electus Episcopus bambergensis, qui postea etiam adhuc evasi Elector moguntinus, cujus etiam tanquam directoris rei monetariae in circulo franconico sollicitudine res monetaria Imp. in meliorem redacta est ordinem. Conf. cit. HIRSCH l. alleg. p. 411. n. 144. p. 436. n. 206, 207. et p. 446. n. 211.

q) Eodem adhuc A. 1694. ubi processus fiscalis contra Capitulum cathedrale bambergense fuit inchoatus, Capitulum cathedrale leodiense more recepto non solum argenteos unciales, sed et numos aureos cudi jussit, et Capitulum cathedrale osnabrugense paulo post, scilicet A. 1698. uncialem percussit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

2) Post mortem Philippi Caroli Archiepiscopi moguntini A. 1743. in augustiore forma prodierunt similes numi memoriales argentei triplici pariter modulo excusi: majoris moduli numus seu uncialis aeri incisus exhibetur in *Catalogue des monnoies en argent* etc. p. 21. n. 1., in cujus antica fine epigraphe sistitur S. Martinus catechumenus cum mendico, circumdatus XII. scutulis gentilitiis praelatorum et capitularium metropoliticorum pro tempore; in postica apparet in medio insigne Capituli metrop. mog. cum circumscriptione: CAPITULUM METROP. *olitanum* MOGUNT. *inum*, infra notatus est A. 1743. Circa hoc insigne in circulo posita sunt XI. scuta gentilitia reliquorum illius temporis capitularium, et infra in medio horum scutorum in limbo legitur inscriptio: SEDE VACANTE. MADAI l. c. P. II. p. 150. n. 2833.

Semunciales tum temporis cusi in antica repraesentant S. Martinum catechumenum, infra est insigne Capituli, in postica legitur inscriptio: CAPITULUM METROPOLITANUM MOGUNTINUM SEDE VACANTE 1743. MADAI l. c. P. II. p. 150. n. 2834. et A. CHR. WEISEN l. c. P. I. p. 156. n. 443.

3) A. 1763. post mortem Archiepiscopi et Electoris Joannis Friderici Caroli percussi sunt pariter triplicis moduli numi argentei; uncialis in parte primaria anepigrapha iterum exhibet S. Martinum catechumenum cum XII. scutulis gentilitiis praelatorum et capitularium pro illo tempore, in secundaria parte in medio occurrit insigne Capituli cum circumscriptione chronographica *DoM CapItVLarISChe regIerVng.*, infra in limbo legitur: SEDE VACANTE, in circuitu pariter posita sunt insignia reliquorum p. t. XII. capitularium; in semuncialium facie adversa conspicitur S. Martinus catechumenus sine epigraphe, in facie aversa insigne Capituli, cujus basi inscriptum: SEDE VACANTE, in ambitu legitur: CAPITULUM METROPOLITANUM MOGUNTINUM 1763. WEISEN l. c. P. I. p. 157. n. 445.

4) A. 1774. post mortem Emerici Josephi Archiepiscopi et Electoris moguntini in splendidiore adhuc forma cusa sunt numismata triplicis pariter moduli, in priori primae magnitudinis numorum latere in medio exhibetur S. Martinus catechumenus, supra quem protensa e caelo manus tenet XII. scutula gentilitia praelatorum et capitularium pro tempore, lauris innexa, in latere altero autem in vertice nomen Dei JEHOVA radios diffundit supra scutum Capituli metropolitici et XII. reliqua insignia capitularium p. t., in medio legitur inscriptio: CAPITULUM METROPOL. MOGUNTINUM SEDE VACANTE PRO BONO PUBLICO CONCORDI ANIMO UNITUM 1774. In reliquis numis medii et infimi moduli in prima facie cernitur S. Martinus, et in segmento inferiore A. 1774. in altera facie autem insigne Capituli cum scriptione in gyro: CAPITULUM METROPOLITANUM MOGUNTINUM SEDE VACANTE.

II) Ca-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

II) Capitulum metropoliticum trevirense A. 1715. post mortem Caroli Archiepiscopi et Electoris trevirensis prima vice cudit numos memoriales argenteos, et quidem unciales solummodo; uncialis hic aeri incisus est in citato libro: *Catalogue des monnoies en argent* etc. p. 24. n. 3. et in J. F. Joachim l. c. IX. Fach inter numos trevirenses num. 45. et in Hontheim *prodr. hist. trev.* T. I. p. 641. tab. II. n. 45. In antica repraesentantur insignia Capituli metropolitici trevirensis consistentia in cruce totam aream dissecante, in cujus medio cernitur patronus Ecclesiae trevirensis S. Petrus in nube, dextra claves, sinistra librum clausum tenens cum epigraphe: Capitulum Metropolitanum Trevirense. In postica S. Helena Imperatrix coronata, habitu talari et pallio induta extensis manibus commonstrat togam Christi inconsutilem cum inscriptione: Sancta Helena Fundatrix Ecclesiae. Infra in segmento legitur: Sede vacante 1715. Gudenus in *uncialaeo.* p. 15. n. 72. Madai l. c. P. I. n. 431. J. D. Koehler *Münzb.* P. II. in der Vorr. §. 41. P. III. in der Vorr. §. 4. Idem numus in auro exstat in numophylacio imperiali, et aeri incisus in opere, quod prodiit sub titulo: *Monnoies en or du cabinet imperial.* p. 17. n. 8. *a*) Quia autem subsequentibus temporibus sedes metropolitana trevirensis non amplius vacavit, sed viventibus adhuc Archiepiscopis et Electoribus electi semper sunt Coadjutores, nulli alii prostant numi trevirenses sede vacante cusi.

III) A Capitulo metropol. coloniensi prima vice A. 1688. sede vacante uncialis cusus est, caelatus exhibetur in cit. *catalogue des monnoies* etc. p. 27. n. 6. In priore numi superficie prostat S. Petrus Ecclesiae metropolit. coloniensis patronus, dextra claves, sinistra insigne Archiepiscopatus coloniensis ante se positum tenens cum circumscriptione: Capitul. Metrop. Col. Sede vacante 1688. In posteriore numi superficie repraesentantur tres Magi evangelici Christum infantem adorantes cum stella et circumscriptione: Caspar, Melchior, Balthasar. Inter haec nomina posita sunt afficta illis insignia. Madai l. c. P. I. n. 448.

2) Post mortem Clementis Augusti Archiepiscopi et Electoris coloniensis A. 1761. cusus fuit uncialis, in cujus facie anteriore sistitur S. Petrus dextera claves, sinistra

a) Quoad numismata aurea Capitulorum sede vacante hoc loco pro notitia inservit collectoribus numismatum, quod nullum Capitulum ob sumtus cudi faciat numos aureos, excepto Capitulo leodiensi, quod fieri facit ducatos usuales, potest tamen quivis capitularis, si aurum suppeditet officinae monetariae, accipere numisma in auro, et sic vidimus numismata aurea moguntina et bambergensia sede vacante cusa, vel Capitulum curat unum vel alterum cudi, quod dono datur Imperatori pro numophylacio vel commissario caesareo ad electionem misso.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſiniſtra autem ſcutum Archiepiſcopatus ante ſe poſitum tenens cum circumſcriptione: 10 *eine Marck fein.* Circa haec legitur: CAPIT. *ulum* ECCLESIÆ METROPOLIT. COLON. SEDE VACANTE. In poſteriore facie conſpicitur adoratio Magorum cum circumſcriptione: CASPAR, MELCHIOR, BALTHASAR. 1761. Ob turpiſſimam autem deformitatem uncialis hic ſuppreſſus fuit, adeoque rariſſimus; illi autem ſuffectum eſt ſplendidum numiſma memoriale aeri inciſum in cit. *catalogue* in ſupplementis p. 1. n 4. et relatum in MADAI l. c. I. *Fortſ.* p. 21. In ejus antica S. Petrus claves dextra tenens inſidet nubibus, ſiniſtra ſe ſuſtentans in inſignibus Archiepiſcopatus coloniensis, quae tenet Angelus, ſupra de caelo diffunduntur in illum radii cum epigraphe: CAPIT. *ulum* ECCLES. *iae* METROPOLIT. COLON. SEDE VACANTE. In poſtica exhibetur adoratio Magorum cum ſtella et nominibus: CASPAR, MELCHIOR, BALTHASAR. Infra notatus eſt annus 1761., in margine exteriore legitur: CLEMENS AUGUSTUS NATUS 17. AUG. 1700. ELECT. 9. MAII 1722. OBIIT 6. FEBR. 1761. MADAI l. c. n. 2860. Add. II. *Stück derer kleinen Beyträge zur Aufnahme und Ausbreitung der Müntzwiſſenſchafft.* Anſpach 8. 1766. num. II. p. 33.-50.

IV) A. 1638. Capitulum metropolit. magdeburgenſe ſede impedita curavit cudi diverſorum modulorum numos uſuales tam argenteos, quam aureos, et quidem 1) unciales, in quorum antica cernuntur inſignia Archiepiſcopatus magdeburgenſis galeata cum inſcriptione: MONETA ARCHIEPISCOPATUS MAGDEBURG. infra notatus eſt annus percuſſionis 1638., in poſtica proſtat S. Mauritius cataphractus prope Eccleſiam metropol. magdeburgenſem, dextra tenet vexillum, in quo expreſſum eſt inſigne Archiepiſcopatus, ſiniſtra autem ſcutum aquilam bicipitem referens cum epigraphe: SANCTUS MAURITIUS. Conf. LEUCKFELD in *antiqu. num.* p. 198. DREYHAUPT *in der Beſchreibung des Saalcreiſes* T. II. tab. 22. n. 48. MADAI l. c. P. II. n. 3253. Exſtat etiam adhuc ſimilis huic uncialis de eodem anno cum hac tamen differentia, quod in poſtica S. Mauritius quidem etiam exhibeatur, ſed ſine Eccleſia metropolit. magdeburgenſi, et ſine inſignibus Archiepiſcopatus in vexillo. MADAI l. c. n. 3254. Ejusdem typi florenum de eodem anno recenſuit WEISEN l. c. p. 278. n. 742; aureus de eodem anno cum S. Mauritio in poſtica aeri inciſus eſt in *Monnoies en or* etc. p. 21. n. 2.

V) A. 1772. ſede vacante Capitulum metropoliticum ſalisburgenſe prima vice ſplendidiſſimum edidit numiſma argenteum: in cujus parte priore in medio exhibetur protome S. Ruperti dextera corbem ſalis, ſiniſtra pedum tenens, cujus baſi inſigne Archiepiſcopatus ſalisburgenſis eſt affixum cum circumſcriptione: SANCTUS RUPERTUS. Supra in medio exſtat corona, cui in circuitu junguntur XII. ſcuta gentilitia praelatorum et capitularium ejusdem temporius, exterius legitur: CORONA CANONICORUM ECCLESIÆ METROPOLITANÆ SALISBURGENSIS. MDCCLXXII.

In

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In medio posticae simili modo exhibetur S. Virgilius dextera Ecclesiam salisburgensem, sinistra pedum tenens, cum circumscriptione: SANCTUS VIRGILIUS, in vertice eodem modo in medio exstat corona jungens scuta gentilitia reliquorum p. t. capitularium, circa quae scriptum legitur: CAPITULUM METRPOLITANUM REGNANS SEDE VACANTE.

§. IV.

De numis a Capitulis cathedralibus in Germ. sede vacante cusis.

Inter Capitula cathedralia secundum ordinem alphabeticum se offert

1) *Capitulum cathedrale bambergense*, quod A. 1693. sede vacante cudi fecit uncialem usualem, qui in figura aenea exstat in cit. *catalogue de monnoies* etc. p. 44. n. 1. In illius antica apparet Imperator Henricus II. Sanctus, fundator Ecclesiae cathedralis bambergensis, sedens in solio more gothico efformato, dextera globum Imp. sinistra sceptrum tenens cum epigraphe: CAPITUL. *um* BAMBERG. *ense* TEMPORE INTERREGNI; in postica conspicitur insigne Episcopatus bambergensis, leo scilicet bambergensis cum balteo dextero, apposito A. 1693. et literis G. F. N. In circuitu legitur: INSIGNIA EPISCOPATUS BAMBERGENSIS. J. D. KOEHLER l. c. P. IV. in praef. §. 6. 3. MADAI l. c. P. I. n. 780. *Kleine Beyträge* etc. n. 1. p. 11.-33. *a)*

2) A. 1746. post mortem Episcopi bambergensis et wirceburgensis Friderici Caroli ex familia schoenborniana cusum fuit sede vacante numisma unciae unius et dimidiae, in cujus facie adversa Imp. Henricus II. Sanctus pariter in forma majestatica in solio gothico sedet cum circumscriptione: CAPIT. *ulum* ECCL. *esiae* IMP. *erialis* CATH. *edralis* BAMBER. *gensis*, et infra in limbo legitur: SEDE VACANTE. Supra et circa thronum posita sunt insignia X. p. t. praelatorum et VIII. seniorum capitularium, quae in medio tegit umbellum; in facie aversa conspicitur aquila monocephala sine corona, dextrorsum respiciens, unguem imponens basi oblongae ornatae insigni Episcopatus bambergensis. Ad pedes aquilae basi incumbunt pedum episcopale, crux archiepiscopalis, ex qua pallium archiepiscopale Episcopo bambergensi tanquam exemto collatum pendet, infula episcopalis et denique mitra principalis cum ense et globo Imp., a dextera basis hujus prostat Imp. Henricus II. qui unam turrium fundatae a se Ecclesiae cathedralis bambergensis brachio dextero cingit, a sinistra basis sedet S. Cunegundis sceptrum sinistra ferens, dextera

a) Ob hunc uncialem excitatus fuit fiscalis caesareus contra Capitulum bambergense, verum sine effectu, prout supra fuit expositum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tera autem vomerem ferreum; ſingula haec ambiunt inſignia reliquorum X. capitularium Eccleſiae bambergenſis p. t. in circulo poſita, ſupra aquilam in ſemicirculo ſcripta ſunt verba: JAM VIGET IN MATRE, *b*) in ſegmento inferiore notatus eſt annus 1764., in utroque latere exſtantia inſignia capitularium tecta ſunt umbello: in exteriore margine denique legitur: EX CONCORDI FRATRUM VOTO EXSURGET PAX. MADAI l. c. II. *Fortſ.* p. 67. n. 5723.

3) Eodem tempore cuſum fuit numiſma ſemunciae et dimidiae, in cujus parte priore occurrit S. Georgius Eccleſiae cathedralis bambergenſis patronus tutelaris, qui equo vectus et cum dracone pugnans brachio ſiniſtro gerit ſcutum cum inſignibus Epiſcopatus bambergenſis, in margine interiore legitur CAPIT. *ulum* ECCL. *eſiae* IMP. *erialis* CATH. *edralis* BAMBERGEN. *ſis*, et in ſegmento inferiore: SEDE VACANTE, in parte numiſmatis poſteriore Imp. Henricus II. Sanctus in forma equitis cataphracti cum corona, ſceptro et pallio conſpicitur, et in diſtantia paulo remotiore cernitur Eccleſia cathedralis bambergenſis, quam ſiniſtra commonſtrat, ſuperius effigies S. Cunegundae a duobus angelis portatur adſcripto lemmate: *SS.* PATRONORUM AUSPICIIS, in ſegmento inferiore notatus eſt annus 1746., in margine autem legitur chronographicum: EFFLVXo QVInqVAGENARIO ET TERNO CAPITVLo INTERREGNVM REDIVIT. MADAI l. c. I. *Fortſ.* p. 32. n. 5413.

4) A. 1753 poſt mortem Epiſcopi bambergenſis Joannis Philippi Antonii varia iterum cuſa ſunt numiſmata ſede vacante. *Primum* numiſma unciale in antica exhibet aquilam Imp. bicipitem, inter cujus bina capita corona imperialis verſatur, dextero ungue enſem, ſiniſtro globum geſtantem, expanſis ejus alis affixa ſunt X. inſignia praelatorum et ſeniorum capitularium pro tempore cum inſcriptione: SUB UMBRA ALARUM TUARUM., infra legitur: CAP. *itulum* ECCLESIAE IMP. *erialis* CATH. *edralis* BAMB. *ergenſis*; in poſtica apparet aquila monocephala non coronata, ſiniſtrorſum reſpiciens alis expanſis, inſiſtensque baſi ad formam pyramidis efformatae, cui appictum eſt in medio inſigne Epiſcopatus bambergenſis, pyramidem utrinque comitantur X. inſignia reliquorum p. t. Capitularium; in dextero latere pyramidis proſtat quoque Henricus II. Sanctus Imp., cataphractus, pallio et corona ornatus, dextera ambiens unam turrium Eccleſiae cathedralis bambergenſis, in ſiniſtro pyramidis latere ſedet S. Cunegundis coronata cum priori lemmate: SUB UMBRA ALARUM TUARUM; infra in limbo legitur: SEDE VACANTE MDCCLIII. *Secundum* numiſma ſemunciale eodem tempore percuſſum in parte adverſa refert S. Georgium citato equo vectum et ſiniſtro brachio ſcutum Epiſcopatus bambergenſis geſtantem pugnantemque cum dracone: circumſcriptio eſt: CAPIT. *ulum*

b) Ad denotandum, quod Epiſcopatus *mortuo patre* ſeu Epiſcopo, jam *ſub regimine matris* ſeu Capituli floreat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ulum Eccl. *esiae* Cath. *edralis* Bambergen. *sis.*, in segmento autem inferiore: Sede vacante. Pars aversa repraesentat Imperatorem Henricum II. equo vectum, cataphractum, coronaque redimitum: sinistra monstrantem Ecclesiam cathedralem bambergensem ante se positam; supra imago S. Cunegundis a duobus angelis portatur cum lemmate: SS. Patronor. *um* auspiciis. In segmento inferiore demum legitur: Salus fundationis suprema lex esto. MDCCLIII.

5) A. 1757. Sede vacante idem Capitulum in numismatis unciam unam et dimidiam adaequantis parte principali exhibuit S. Henricum Imp. in forma majestatica in corde tanquam solio sedentem, cor hoc circumdatum est XX. scutulis gentilitis praelatorum et capitularium p. t., quibus imposita est corona cum inscriptione: XX. Capitular. *es* Eccl. *esiae* Imp. *erialis* Bamb. *ergensis.* Infra in limbo legitur chronographicum: *hoC CorDe LIgatI sUnt oMnes.* In altera numismatis parte conspicitur sub throno sedes vacans, supra quam oculus Dei, et circa sedem XX. oculi eandem observant *c*), ex utroque throni latere exstant binae bases, basi conspicuae ex parte dextera throni imposita sunt crux archiepiscopalis cum biretto, infula episcopalis et pedum, ex quo pendet pallium archiescopale, in sinistra throni parte basis exhibet coronam imperialem majorem et mitram principis cum gladio in vagina recondito, supra thronum legitur: Vacans non vacat., et infra in limbo: Interreg. *num* Cap. *ituli* Eccl. *esiae* Imp. *erialis* Bamb. *ergensis.*

6) A. 1779 post mortem Adami Friderici Episcopi bambergensis ex familia comitum de Seinsheim duo pariter cusa sunt numismata, majus unciae unius et dimidiae quoad omnia est simile numismati majori cuso A. 1746, nisi quod scutula gentilitia capitularium pro illo tempore una cum anno 1779. substituta fuerint, alterum minoris moduli numisma pariter quoad omnia simile est numismati minori de A. 1753., nisi quod scutum S. Georgii sit vacuum, et loco anni 1753. substitutus sit annus 1779.

II) *Capitulum Cathedrale brixinense* A. 1747. sede vacante prima vice curavit cudi numisma, in cujus antica exstat in medio insigne Capituli, scilicet aquila Imp. monocephala, supra quam horizontaliter positum est pedum episcopale, circumcingunt hoc insigne sex scuta gentilitia seniorum capitularium p. t., infra legitur: Sede vacante. *PP. Werner fecit.* Scutum Capituli in medio tegit umbellum, in postica occurrit inscriptio: Capitulum Brixinense., quam ambiunt VIII. insignia reliquorum capitularium, infra in limbo notatus est annus 1747.

III) *Ca-*

---

c) XX. oculi denotant XX. capitulares pro bono Ecclesiae vigilantes.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

III) *Capitulum cathedrale eichſtadienſe* A. 1757. ſede vacante poſt obitum Joannis Antonii II. Epiſcopi curavit cudi uncialem ad normam conventionis, in cujus adverſae medio conſpicitur inſigne Capituli, quod refert tres leones gradientes aureos ſupra ſe poſitos in campo rubro cum lemmate: FORTIS CONCORDIA NEXUS. Infra autem in limbo notatus eſt annus 1757. Circa hoc inſigne in circulo poſita ſunt XV. ſcuta gentilitia praelatorum et capitularium p. t., ſupra haec ſcuta in ſemicirculo legitur: CAPITULUM REGNANS SEDE VACANTE, infra: 10 *eine feine Marck.* In poſtica conſpicitur in nubibus ſedens S. Wilibaldus ſiniſtra librum et pedum epiſcopale tenens: pectori ejus inſcripta ſunt verba: FIDES, SPES, CHARITAS. In latere ſiniſtro flectit in nubibus S. Walburgis phialam olei libro impoſitam geſtans, ſupra in medio horum ſanctorum eſt oculus Dei, infra autem in medio exſtat inſigne Epiſcopatus eichſtadienſis, ſcilicet pedum epiſcopale aureum in area rubra cum epigraphe: DIRIGIT AC ARCET. In margine legitur: HIC PLANTAVIT, DEUS INCREMENTUM DEDIT, HÆC RIGAVIT. Conf. *Catalogue de monnoies* etc. p. 41. n. 6. MADAI l. c. P. II. n. 5276. *Kleine Beyträge* etc. num. III. p. 51.

2) Mortuo A. 1781 Epiſcopo eichſtadienſi Raymundo Antonio a Capitulo ſede vacante cuſum fuit alterum numiſma unciale pariter ad normam conventionis, in cujus anticae medio conſpiciuntur tria inſignia 1. 2., ſuperius eſt inſigne Capituli cathedralis ſupra deſcriptum; duorum inferiorum primum a dextera ſiſtit inſigne Praepoſiti, alterum a ſiniſtra inſigne Decani: hiſce ſubjectus eſt A. 1781., inſignia haec circumdant XIII ſcuta gentilitia reliquorum capitularium, ſupra legitur: CAPITULUM REGNANS SEDE VACANTE, et infra: 10 *eine feine Marck*, in poſtica repraeſentatur palatium epiſcopale cum Eccleſia cathedrali et parte civitatis eichſtadienſis, hiſce imminet oculus Dei, cui ſuppoſitum eſt inſigne Epiſcopatus; a dextera nubi inſidet Epiſcopus cum libro et pedo, addita inſcriptione: S. WILIBALDUS, a ſiniſtra genu flexo cernitur Abbatiſſa cum pedo, tenens ampullam olei cum inſcriptione: S. WAL. *burgis*, haec ambit epigraphe: SUB HAC TUTELA TUTA CIVITAS EYCHSTETT. *enſis*.

IV) Sede vacante A. 1763. poſt mortem Joannis Theodori Cardinalis et Ducis Bavariae, Epiſcopi friſingenſis *Capitulum cathedrale friſingenſe* edidit numiſma elegans, in cujus facie averſa protomae SS. Corbiniani et Sigismundi Regis, patronorum Eccleſiae cathedralis friſingenſis baſibus impoſitae cum conſuetis attributis exhibentur adſcriptis his verbis: CAPITULUM REGNANS FRISING. *enſe* SEDE VACANTE. MDCCLXIII. In facie reverſa apparet imago B. Virginis geſtantis infantem Chriſtum, quae circumdata eſt XIV. ſcutulis gentilitiis praelatorum et capitularium p. t. cum inſcriptione: INSIGNIA CAPITULI. MADAI l. c. I. *Fortſetz.* p. 33. n. 5415. Dum autem ob promotionem Clementis Wenceslai Epiſcopi friſingenſis et Archiepiſcopi trevirenſis, Coadjutorisque Epiſcopi auguſtani Joſephi ex Land-

graviis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

graviis Haſſo- Darmſtadienſibus hoc mortuo ad Epiſcopatum auguſtanum vigore bullae Pontificis Clementis XIII. Eccleſia friſingenſis vacabat ipſo jure A. 1769, enato tum temporis interregno nullum cuſum fuit numiſma, defuncto autem hoc A. 1788 Epiſcopo friſingenſi Ludovico Joſepho ex Baronibus de Welden

2) Iterum cuſum fuit numiſma memoriale unciam unam et quartam ejus partem conſtituens, in cujus anticae anepigraphae medio B. Virgo Chriſtum infantem geſtans conſpicitur, quae circumdata eſt XIII. ſcutulis gentilitiis praelatorum et capitularium Capitulum p. t. conſtituentium, dum decimum quartum ſcutulum autem ob locum in Capitulo adhuc vacantem remanſit inſignibus vacuum; infra in medio horum ſcutorum ſe offert inſigne Principatus friſingenſis, ſcilicet caput nigrum coronatum in campo aureo cum pedo, enſe, cruce, ac diademate principis, in poſtica legitur inſcriptio: REGNANS CAPITULUM ECCLESIÆ CATHEDRALIS FRISINGENS. *is* SEDE VACANTE. MDCCLXXXVIII.

V) A. 1617. *Capitulum cathedrale halberſtadienſe* ſede tum temporis vacante cudi curavit uncialem uſualem duplicatum, in cujus antica occurrit inſigne Epiſcopatus, cui impoſita eſt cappa vel mitra cuſpidata cum A. 1617. Inſcriptio eſt: MONETA NOVA EPISCOPATUS HALBERSTAT. *ienſis*, in poſtica S. Stephanus Protomartyr cum conſuetis attributis, et circumſcriptione: SANCTUS STEPHANUS PROTOMARTYR. Aeri inciſus exſtat hic numus in *Catalogue de monnoies* etc. p. 51. n. 1. Talis etiam uncialis de A. 1618. ſupereſt. MADAI I. *Fortſ.* p. 176. n. 3314.

2) Similiter A. 1630 curavit idem Capitulum cudi florenum ſub iisdem typis et inſcriptionibus, quem memorant LEUCKFELD in *antiquit. numar. halberſtad.* tab. IIX. et WEISEN l. c. P. I. p. 303. n. 803.

VI) *Capitulum cathedrale hildeſienſe* ſede vacante A. 1688. *primum* ſuum edidit uncialem uſualem, in cujus antica inſigne Capituli cathedralis apparet, illud conſiſtit ex area perpendiculariter diviſa, cujus dextera eſt aurea, ſiniſtra vero rubra, impoſita illi eſt galea coronata, quam ornat imago B. Virginis inter duo vexilla; circumſcriptio eſt: MONETA CAPIT. *uli* CATHE. *dralis* HILDES. *ienſis* SEDE VACANTE 1688. In poſtica cernitur protome Leopoldi Imperatoris, cujus caput eſt laureatum cum circumſcriptione: LEOPOLDUS I. D. G. ROM. IMP. SEMPER AUG.

2) Poſt mortem Joſephi Clementis Archiepiſcopi et Electoris coloniensis et Epiſcopi hildeſienſis ſede vacante A. 1724. cujus fuit uncialis, in cujus facie adverſa ſunt idem cum priori numismate typus et circumſcriptio: MONETA CAPIT. *uli* CATHE. *dralis* HILDES. *ienſis* SEDE VACANTE 1724. In averſa exſtat protome Caroli VI. Imp. cujus caput laureatum eſt cum inſcriptione: CAROLUS VI. D. G. R. I. S. *emper* AUG. HIS. *paniae* HUNG. *ariae* B. *ohemiae* REX Aeri inciſus eſt hic numus

numus in *Catalogue de monnoies* etc. p. 52. n. 1. MADAI l. c. P. I. n. 810. J. D. KOEHLER *Münzb.* P. X. p. 417. Praeter hunc uncialem

3) Cusum fuit eodem tempore numisma unciam unam et mediam pondere adaequans, in cujus antica prostat Carolus M. cataphractus, capite coronatus, dextera gladium, sinistra pomum Imp. tenens cum epigraphe: S. CAROLUS M. PRIMUS FUND. *ator* CAP. *ituli* CATHE. *dralis* HILDESIENSIS. Infra in limbo legitur: SEDE VACANTE; in circuitu conspiciuntur XVII. scutula gentilitia capitularium illius temporis, appositis nominibus; in postica cernitur imago Ludovici Pii, cataphracti et coronati, dextra Ecclesiam hildesiensem, sinistra sceptrum tenentis cum cumscriptione: LUDOVICUS PIUS SECUNDUS FUNDATOR. Infra in limbo notatur A. MDCCXXIV., in circuitu autem posita sunt XVI. scutula reliquorum pro tempore capitularium. KOEHLER l. c. P. XI. p. 409 MADAI l. c. II. *Forts.*. p. 69. n. 5726.

4) In cit. *Catalogue de monnoies* p. c. n. 2. aeri incisus est numus semuncialis, in cujus facie anteriore insigne Capituli ornatum est palma et oliva, cui mitra Principis imposita est, infra in schedula legitur: $\frac{2}{3}$ *nach dem Leipziger Fus.* Circumscriptio autem haec est: MONETA CAPIT. *uli* CATHED. HILDESIENSIS SEDE VACANTE. 1761. In altera numi facie cernitur protome Francisci I. Imp., cujus caput laureatum cum epigraphe: FRANCISCUS I. DEI GRATIA ROMAN. IMPERATOR SEMP. AUG.

5) A. 1761. prodiit sede hildesiensi vacante splendidum numisma memoriale unciae integrae et dimidiae, in cujus antica exhibetur B. Virgo a Spiritu S. radiis perfusa, insidens nubi, sinistro brachio Christum puerum gestans, dextera sceptrum, ad ejus pedes in pulvinari posita sunt insigne Episcopatus, mitra electoralis, et pedum palmis circumdatum, ensis denique cum cruce ordinis teutonici *d*), in circuitu posita sunt XVI. scuta capitularium p. t. gentilitia alligatae tabulae supra conspicuae, cui inscriptum est: CAPITULUM HILDESIENSE. Cuivis etiam scutulo adscriptum est nomen familiae cujuslibet capitularis, in postica conspicitur sub solio elevata duobus gradibus sedes episcopalis, cui imposita est infula episcopalis, a latere se conspicuam praebet Ecclesia cathedralis hildesiensis, supra quam splendet oculus divinae providentiae, cui imposita est tabula cum epigraphe: SEDES VACANS

d) MADAI l. c. in der I. *Forts.* p. 34. in fine annotavit quidem de hac cruce: „welches „ zwar der vorige Bischof Clemens Augustus als Deutschmeister getragen hat, auf die„ ser hildesheimischen Domcapituls Medaille aber füglich hätte wegbleiben können, „ wie der Churhut auf dem Wappen.“ Verum per haec symbola denotari voluit Capitulum, per cujus Episcopi obitum sedes tum temporis vacarit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

VACANS 1761., in ambitu posita sunt XVI. scutula reliquorum capitularium, adjunctis familiarum nominibus.

6) Eodem A. 1761. cusus fuit semuncialis seu florenus, in cujus prima facie conspicitur insigne Episcopatus in scuto eleganti palma et oliva ornato, supra tectum mitra principis, infra notatus est valor $\frac{2}{3}$, et in schedula legitur: *nach dem Leipziger Fus*, in circuitu autem: MONETA CAPIT. *uli* CATHED. *ralis* HILDESIENSIS SEDE VACANTE 1761. In secunda facie leigtur: FRANCISCUS I. DEI GRATIA ROMAN. IMPERATOR SEMP. *er* AUG. *ustus.*, cernitürque protome hujus Imperatoris cataphracti et laureati. Aeri incisus est hic numus in *Catalogue de monnoies* p. 52., duplicisque typi, in uno transit rima per verba *Dei gratia Ro.* et sub protome notatum est nomen monetae sculptoris SCHMIDT. MADAI l. c. P. II. p. 302. n. 3321. *Hamburger* A. C. p. 202. n. 68. WEISEN l. c. P. I. p. 305. n. 809.

VII) *Capitulum cathedrale leodiense* sede saepius vacante prae aliis Capitulis cathedralibus plurimos cudi curavit monetas usuales tam aureas quam argenteas et quidem.

1) A. 1688. uncialem, qui aeri incisus exstat in *Catalogue de monnoies* etc. p. 54., in ejus antica prostat insigne Episcopatus cum mitra principis et inscriptione: MONETA NOVA CAPITULI LEOD. SEDE VACANTE., in postica exhibetur protome S. Lamberti Episcopi cum epigraphe: *S.* LAMBERTUS PATRONUS LEODIENSIS. 1688. MADAI l. c. P. I. n. 823. Hos typos et inscriptiones mutato tantum anno percussionis retinuit Capitulum cathedrale leodiense quoad omnes unciales sequentibus temporibus cusos.

2) Anno 1694. sede vacante similis priori cusus fuit uncialis, cujus delineatio videri potest pariter in *Catalogue de monnoies* etc. p. 55. n. 2. Aureus ejusdem typi exstat in *Monnoies en or* p. 36. n. 2.

3) Sede iterum vacante A. 1727. unciales sab duplici typo *e*) prodierunt. Conf. alleg. *Catalogue de monnoies* pag. cit. n. 4. et MADAI l. c. P. II. p. 305. n. 3334. Aureus eodem anno percussus videri potest in *Monnoies en or* p. 36. n. 3.

4) Sede A. 1744. vacante pariter uncialis cum typo consueto editus fuit, uti et aureus. Conf. *Monnoies en or* p. 36. n. 4.

5) Anno

---

e) Quorum unus insignia Episcopatus exhibet cum pallio hermineino, alter autem sine tali pallio.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

5) Anno 1763. post mortem Cardinalis Joannis Theodori ex domo bavarica similis prodiit uncialis. Conf. *Catalogue de monnoies* etc. p. cit. n. 4. MADAI l. c. III. *Fortſ.* p. 145. n. 6421.

6) A. 1771. ſede vacante, uti et

7) Noviſſime poſt mortem Epiſcopi leod. ex familia comitum ultramontanorum ſimiles numi tam argentei quam aurei percuſſi ſunt.

VIII) Ex parte *Capituli cathedralis lubecenſis* poſt mortem Epiſcopi proteſtantici Caroli Ducis Holſato-Gottorpienſis A. 1727. cuſus fuit uncialis, in cujus antica inſigne Capituli, quod refert crucem ſuſpenſam argenteam in area rubra cum galea aperta coronata, cui inſiſtunt tria parva vexilla rubra cum crucibus argenteis, infra vero exſtat parvum ſcutulum cum circumſcriptione: MON. *eta* CAPIT. *uli* LUBEC. *enſis* SEDE VACANTE. 1727. In poſtica ſiſtitur protome Imperatoris Caroli VI. laureati cum epigraphe: CAROLUS VI. D. G. ROM. I. S. A. Aeri inciſus eſt in *Catalogue de monnoies* p. 538. n. 6. Conf. cit. KOEHLER l. c. P. X. p. 379. MADAI l. c. P. I. n. 814. *f*).

IX) *Capitulum cathedrale monaſterienſe*

1) Anno 1650 ſede vacante cudi juſſit uncialem, in cujus adverſa conſpicitur inſigne Epiſcopatus, quod refert balteum argenteum in area rubra, inſiſtit illi protome S. Pauli additis anno 1650 et inſcriptione: MONETA NOVA CAPITULI MONASTERI. *enſis* SEDE VACANTE. In reverſa Imperator Ferdinandus III. cataphractus proſtat capite coronatus, dextra enſem, ſiniſtra pomum imperii tenens cum epigraphe: FERDINANDUS III. D. G. ROMA. IMP. SEMP. AUGUST. Conf. *Catalogue de monnoies* p. 58. n. 1. MADAI l. c. P. I. n. 839.

2) Dum A. 1683 ſedes vacavit, pariter cudi curavit uncialem, cujus latus principale ſiſtit inſigne Epiſcopatus notato ſupra A. 1683, additaque circumſcriptione: MONETA NOVA CAPITULI MONASTERI. *enſis* SEDE VACANTE, latus autem minus principale exhibet protomen cataphracti et laureati Imperatoris Leopoldi cum epigraphe: LEOPOLDUS AUG. IMP. CÆSAR.

3) Anno 1688 memoriam ſedis vacantis ad poſteros unciali transſcripſit, in cujus antica facie media figura S. Pauli dextra gladium, ſiniſtra librum apertum tenentis poſita eſt cum inſcriptione: CAPIT. *ulum* CATHE. *dralis* EC. *cleſiae* MON. *aſterienſis*

---

f) In hoc Capitulo adhuc ſuperſunt quatuor capitulares catholici, de pactis ab eo initis circa electionem Epiſcoporum proteſtantium ex domo Holſato-Gottorpienſi egit citatus KOEHLER l. c. p. 378.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

asterienſis SEDE VACANTE, et in areae medio notatus eſt annus 1688., in facie poſtica autem cernitur protome Imperatoris Leopoldi loricati et lauro coronati cum circumſcriptione: LEOPOLDUS I. RO. IMP. SEMP. AUG. In *Catalogue de monnoies* etc. p. 58. n. 6. MADAI l. c. P. I. n. 843.

4) In cit. *Catalogue* p. 59. n. 2. aeri inciſus eſt uncialis juſſu praedicti Capituli ſede A. 1706. vacante percuſſus, in cujus parte anteriore conſpicitur inſigne Epiſcopatus cum protome S. Pauli Apoſtoli, quae et cimelii loco impoſita eſt galeae additis anno 1706, et circumſcriptione: CAPITULUM CATH. *edrale* MONAST. SEDE VACANTE; in poſteriore parte autem repraeſentatur Eccleſia cathedralis monaſterienſis cum lemmate: DEUS ADIUTOR ET PROTECTOR NOSTER. Conf. *Gedächtnus Müntzen* Sec. XVIII. p. 656. MADAI l. c. P. I. p. 844.

5) In ſaepe citato *Catalogue* p. 59. n. 5. delineatum eſt numiſma unciam unam et dimidiam pondere adaequans ejusdem Capituli de A. 1719., in cujus adverſae partis medio exſtat inſigne Epiſcopatus cum protome S. Pauli, ſupra quam notatus eſt annus 1719. Inſigne hoc in circulo circumſcriptum eſt verbis: CAPITUL. *um* MONAST. *erienſe* SEDE VACANTE., in circuitu exteriore adjuncta ſunt XIX. ſcutula gentilitia capitularium p. t. In parte averſa autem in medio exſtat protome Caroli M. cum circumſcriptione: CAROLUS M. *agnus* R. I. ECCL. *eſiae* MON. *aſterienſis* FUNDATOR., etiam hanc ſcripturam cingunt pariter XIX. ſcutula gentilitia reliquorum capitularium. MADAI l. c. P. I. n. 847.

6) A. 1761. inter bellorum motus idem Capitulum cathedrale poſt mortem Clementis Auguſti Electoris colonienſis et Epiſcopi monaſterienſis curavit cudi numum, in cujus antica proſtat Carolus M. in ornatu conſueto, infra notatus eſt annus 1761., inſcriptio numi eſt: CAROLUS M. *agnus* FUNDATOR. In poſtica delineata eſt Eccleſia cathedralis monaſterienſis cum epigraphe CAPIT. *ulum* CATH. *edralis* ECCLESIAE MONASTERIENSIS SEDE VACANTE. Infra in ſegmento legitur: *Ein Species-Reichsthaler*. Conf. MADAI l. c. P. II. n. 3344 et 45.

7) Anno eodem numiſma ſeſcunciale cuſum fuit, in cujus averſa S. Paulus dextra enſem cuſpide inverſa, ſiniſtra librum tenens proſtat, ad cujus pedes ſchedae inſcriptum eſt: SEDE VACANTE., in circuitu autem legitur: CAPITULUM CATHEDRALE MONASTERIENSE. Hanc ſcripturam cingunt XXI. ſcuta gentilitia capitularium p. t. appoſitis nominibus, in poſticae medio proſtat Carolus M. Imp. in ornatu conſueto cataphractus, ad pedes ejus in limbo habetur: A. 1761. Imago Caroli M. circumdata eſt epigraphe: S. CAROLUS MAGNUS FUNDATOR. Scripturam hanc pariter in circulo ambiunt XX. ſcutula reliquorum capitularium, inter quae ultimo ſcutulo inſcriptum eſt: VACAT. MADAI l.c. I. *Fortſ.* p. 36. n. 5421.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

X) *Capitulum cathedrale osnabrugense* sede A. 1698. vacante ingeniosum ad designandum Capituli regimen interimisticum curavit cudi uncialem depictum in *Catalogue de monnoies* p. 62. n. 2., in cujus antica S. Petrus (Ecclesiae osnabrugensis patronus) prostat dextra duos claves, sinistra librum clausum tenens, habensque insigne Episcopatus cum mitra episcopali, ad pedes addita circumscriptione: CAPIPULULUM CATHEDRALE OSNABRUGENSE SEDE VACANTE. In postica repraesentatur Ecclesia cathedralis osnabrugensis cum vicino monte S. Gertrudis et sole retro montem occidente, supra Ecclesiam apparent in coelo obscuro XIII. stellae majores, et XII. minores secundum numerum capitularium cum scheda volante, cui inscriptum est lemma: OCCIDUO PANDUNT SE SYDERA PHOEBO. In Circulo exteriore numismatis legitur chronographicon: *orIetVr In tenebrIs LVX tVa et tenebrae tVae erVnt sICVt MerIDIes. Isaiae* 58. Madai l. c. P. I. n. 861.

2) A. 1715. sede vacante jussu ejusdem Capituli prodiit uncialis, in cujus adversa prostat S. Petrus cum clavibus et libro ad pedes habens insigne Episcopatus adscripto anno 1715. et addita epigraphe: CAPITULUM CATHEDRALE OSNABRUGENSE SEDE VACANTE. In aversa cernitur Carolus M. in ornatu, consueto juxta Ecclesiam cathedralem cum circumscriptione: S. CAROLUS MAGNUS IMPERATOR FUNDATOR Ao XTI MDCCLXXII. MADAI l. c. P. I. n. 863.

3) In uncialis A. 1728. sede vacante percussi antica exhibetur protome S. Petri dextra clavem majorem tenentis adjuncta circumscriptione: CAPIT. *ulum* CATHE. *drale* OSNAB. *rugense*, et S. PETRUS PATR. *onus*; in circulo exteriore posita sunt XI. scutula gentilitia seniorum capitularium p. t. adscriptis eorum nominibus; in postica exstat protome Caroli M. in consueto ornatu: circumscriptio est: SEDE VACANTE et S. CAROL. *us* FUNDATOR, ad marginem circumposita sunt pariter XI. scutula reliquorum ex ordine capitularium. J. D. KOEHLER l. c. P. V. in praef. p. 10. et MADAI l. c. P. II. n. 3361. et 3362.

4) Sede A. 1761. vacante cusus denuo fuit uncialis, in cujus antica conspicitur protome S. Petri, cui supra imminet inscriptio: CAPIT. CATHE. OSNAB. infra autem legitur: S. PETRUS PATR. *onus*. Protomen hanc cingunt XII. scutula cum nominibus capitularium seniorum p. t., in postica conspicitur protome Caroli M. in ordine consueto additis superius verbis: SEDE VACANTE A. 1761., et infra legitur: S. CAROLUS M. *agnus* FUN. *dator*., ambiunt et hanc protomen XIII. scutula reliquorum p. t. capitularium. MADAI l. c. P. II. p. 313. n. 3362.

XI. *Capitulum cathedrale paderbornense* A. 1683. sede vacante *primum* percussit uncialem, qui aeri incisus est in *Catalogue de monnoies* p. 64. n. 1. In parte ejus anteriore cernitur protome S. Liborii Episcopi dextera pedum, sinistra librum clausum cum tribus lapillis gestantis, infra legitur: S. LIBORIUS PATRONUS., in circuitu scriptum

tum eſt: CAPITUL. *um* CATHED. PADERB. SEDE VACANTE. 1683. In altera numi parte exſtat protome Caroli M. Imp. cui juncta eſt ſubſcriptio: S. CAROLUS M. FUNDATOR. In circuitu legitur: FUNDAMENTUM CONSERVA. MADAI l c. P. I. n. 873.

2) In antica uncialis A. 1719. ſede vacante juſſu ejusdem Capituli percuſſi conſpicitur Eccleſia cathedralis paderbornenſis, ſupra quam S. Liborius in nubibus apparet additis verbis: S. LIBORIUS PAT. *ronus.*, ſupra ejus caput ſchedae inſcriptum eſt: TU ERIS SUPER DOMUM MEAM *Gen.* 41. V. 40., in margine autem legitur: CAPITULUM CATHEDRALE PADERBORNENSE SEDE VACANTE. 1719., in poſtica pulvinari in menſa impoſita eſt infula epiſcopalis addita in ſubjuncta ſcheda inſcriptione: CUM CECIDERIT, NON COLLIDETUR. Pſ. 36. V. 24. Supra infulam in limbo legitur: IN CHARITATE NON FICTA. II. ad Cor. 6. v. 6., in margine autem legitur: REDDE MIHI LAETITIAM SALUTARIS TUI, ET SPIRITU PRINCIPALI CONFIRMA ME Pſ. 50. KOEHLER l. c. P. V. in praef. p. 3. MADAI l. c. P. I. n. 877.

3) Aliud numiſma elegans admodum eodem A. cuſum fuit, in cujus antica proſtat S. Liborius dextra tenens Eccleſiam cathedralem paderbornenſem, ſiniſtra pedum epiſcopale, circumdatus XII. ſcutulis gentilitiis ſeniorum p. t. capitularium, quorum nomina ſunt adſcripta, in poſtica apparet Carolus M. in ornatu conſueto, quem pariter comitantur XII. ſcutula reliquorum capitularium, in margine externo legitur: CAPITUL. *um* CATHED. *rale* PADERBORNENSE SEDE VACANTE. 1719. MADAI l. c. P. II. n. 3370. KOEHLER l. c. P. XI. p. 329 g)

4) A. 1761. ſede vacante pariter cudi curavit numiſma, in cujus partis adverſae medio conſpiciuntur tria ſcuta, quorum ſuperius ſiſtit inſigne cathedralis paderbornenſis, reliqua duo Praepoſiti et Decani p. t. inſignia cum circumſcriptione:

CAP.

---

g) KOEHLER l. c. ait Epiſcopum in poſtica hujus numiſmatis referre Hathumarum primum Epiſcopum paderbornenſem ex ratione, quod geſtaret manu Eccleſiam cathedralem paderbornenſem, quam reaedificare coepiſſet; verum male: nam a) non Hathumarus, ſed Carolus M. fundavit Eccleſiam paderbornenſem, b) etiam patroni Eccleſiarum tanquam protectores earum exhibentur manibus portantes Eccleſias, cujus plurima poſſent adduci exempla, ſicut Liborius in aliis numis paderbornenſibus eadem ex ratione exhibetur manu geſtans Eccleſiam; c) Hathumarus non fuit relatus in numerum Sanctorum, adeoque nec repraeſentari poteſt cum nimbo; d) S. Liborius ſolus, non autem Hathumarus in anterioribus numis Capituli cathedralis paderbornenſis repraeſentatur, veluti in numo de A. 1683 et in alio A. 1719. cuſo, igitur et idem S. Liborius denotatur in numismate de A. 1719.; ideo autem loco libri et trium lapillorum, quae ſunt conſueta ejus ſymbola, Eccleſiam paderbornenſem geſtat, quia conſervatio Eccleſiae et Epiſcopatus paderbornenſis tempore P. W. potiſſimum adſcripta fuit protectioni S. Liborii. Vid. Cl. DÜRR cit. diſſ. *de confratern. Eccl.* etc. §. VI. p. 56. Quod haec etiam fuerit intentio capitularium S. Liborium Eccleſiam geſtantem exhibentium, interrogantes edocti ſumus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cap. *itulum* Cath. Paderb. 1761., circumdata sunt haec insignia X. scutulis gentilitiis seniorum p. t. capitularium, inter quae supra in medio exstat limbus cum inscriptione: Sede vacante. In parte aversa apparet Episcopus, non Hathumarus, prout citatus Koehler erronee credidit, sed S. Liborius et Carolus M. gestantes Ecclesiam paderbornensem, in circuitu sunt XII. scuta reliquorum p. t. capitularium. Madai l. c. I. *Fortſ.* p. 38 et seq. n. 5424.

XII) In Supplementis *du Catalogue de Monnoies* p. 3. n. 5. exhibetur majoris moduli numisma, quod *Capitulum cathedrale passaviense* A. 1761. post mortem Cardinalis et Episcopi Josephi Dominici Francisci Kiliani ex familia comitum Lambergensium cudi curavit, in cujus antica S. Rupertus Episcopus exhibetur sedens, dextra librum clausum, sinistra pedum episcopale tenens, ad cujus pedes exstat insigne Capituli cum circumscriptione: Moneta Capituli regnantis exemtæ Ecclesiæ cathedralis Passaviensis. Infra notatus est A. 1761, in postica se offert civitas passaviensis, ubi fluvii Innus et Iltzius se jungunt Danubio, in horum circuitu posita sunt XV. scuta gentilitia capitularium p. t.

XIII) A. 1763. sede vacante post mortem Cardinalis et Episcopi ratisbonensis Joannis Theodori de Bavaria *Capitulum cathedrale ratisbonense* cudi curavit splendidum numisma ses quiunciam ponderans, in cujus prima facie in medio S. Petrus Ecclesiae cathedralis ratisbonensis patronus naviculae insidet, dextra clavem, sinistra piscem tenens, circumdatus XV. insignibus capitularium p. t., apposito cuivis nomine; in altera numismatis facie se sistit Ecclesia cathedralis ratisbonensis cum epigraphe: Moneta Capituli regnantis Eccl. *esiae* Cath. *edralis* Ratisbonensis., in segmento inferiori legitur: Sede vacante. 1763. Aeri incisum est hoc numisma in *Supplement du Catalogue de monnoies* p. 4. n. 1. Eodem anno prodiit et semuncialis, in cujus adversa exstat insigne Capituli, scilicet S. Petrus in navicula supra descriptus cum inscriptione: Mon. *eta* Capit. *uli* regnant. *is* Eccl. *esiae* Cath. Ratisb. In aversa pariter exhibetur Ecclesia cathedralis ratisbonensis cum circumscriptione: Sede vacante, et infra: MDCCLXIII. Madai. l. c. I. *Fortſ.* p. 41. n. 5429. Weisen l. c. P. I. p. 322. n. 849.

2) Sede A. 1787 rursus vacante simile fere priori cusum fuit numisma unciale, in cujus parte recta anepigrapha exhibetur S. Petrus sedens in navicula, in qua jacet ancora, sinistra tenet duas claves, appositis infra insignibus Ecclesiae cathedralis ratisbonensis, in circulo exteriori autem exstant XIV. scutula insignium capitularium p. t. dum decimum quintum infra in medio est vacuum, subjunctis literis B. et K. quae denotant monetarium *Busch* et caelatorem numismatis *Koernlein*, in parte autem obliqua legitur inscriptio VII. lineis efformata: Regnans Capitulum

Eccle-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ecclesiae Cathedralis Ratisbonensis Sede vacante 1787. et infra: 10 *eine feine Marck.*

XIV) *Capitulum cathedrale spirense* A. 1743. sede vacante post mortem Damiani Hugonis de Schoenborn Cardinalis et Episcopi spirensis prima vice cudi curavit numisma elegans unam unciam et quartam unciae partem pondere adaequans, in cujus parte antica exhibetur insigne Capituli, scilicet crux spirensis Episcopatus insigne, cui imposita est protome B. M. V. Christum infantem portantis, quam infra ambit luna cornuta, addita circumscriptione: Capitulum cathedrale spirense. 1743. Hoc insigne cingunt VII. insignia Praepositi, Decani et seniorum capitularium p. t. infra in limbo legitur: Sede vacante. In porte postica prostat S. Stephanus I. Pontifex romanus in habitu pontificio, dextra palmam, sinistra crucem pontificiam gerens cum epigraphe: S. Stephanus Patronus, in peripheria posita sunt VIII. insignia reliquorum capitularium. Madai l. c. P. II. p. 875. n. 5279.

2) A. 1770. post mortem Christophori Cardinalis et Episcopi spirensis ab Hutten pariter jussu Capituli ejusdem percussum est numisma ad imitationem prioris, in cujus adversa supra descriptum insigne Capituli repraesentatur cum eadem inscriptione: Capitulum cathedrale spirense., in medio autem supra in limbo denotatus est A. 1770, et in circulo circumposita sunt scuta gentilitia VII. seniorum capitularium p. t. appositis eorum nominibus; in aversa autem cernitur insigne Episcopatus spirensis et Abbatiae weissenburgensis Episcopatui incorporatae cum continuata inscriptione: regnans sede vacante. Insigne hoc ambiunt VIII. scuta gentilitia reliquorum capitularium.

XV) *Capitulum cathedrale wirceburgense* sede post mortem Episcopi Anselmi Francisci comitis ab Ingelheim anno 1749. vacante prima vice cudi curavit uncialem, in cujus partis adversae medio coronatum insigne Episcopatus wirceburgensis (cujus area in duas partes horizontaliter divisa est, cujus superior pars rubra, inferior argentea est, ex qua tres cuspides in superiorem areae partem adscendunt) positum est cum circumscriptione: Capitul. *um* Cath. *edrale* Wirceburg. *ense*, infra notatus est annus 1749. Insigne hoc est circumdatum XII. scutulis gentilitiis capitularium p. t., in quorum medio supra exstat limbus, cui inscriptum est: Sede vacante. In postica prostat S. Kilianus Episcopatus wirceburgensis patronus, dextra gladium, sinistra pedum tenens cum circumscriptione: Sanctus Kilianus. Illum ambiunt XII. scutula reliquorum capitularium. Eodem anno idem Capitulum curavit cudi semuncialem ejusdem typi et inscriptionis. Madai l. c. P. II. p. 325. n. 3462. Waisen l. c. P. I. p. 331. n. 877.

2) A.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

2) A. 1754. sede post mortem Episcopi wirceburgensis Caroli Philippi ex familia liberorum baronum de Greiffenclau vacante pariter jussu Capituli praedicti cusum fuit numisma unciale, in cujus anticae medio tria insignia, 1. et 2. occurrunt, quorum primum et superius est insigne Ecclesiae cathedralis wirceburgensis, secundum Praepositi, et tertium Decani p. t. referunt, illa cingunt scuta gentilitia X. seniorum capitularium p. t., in quorum medio supra in limbo legitur: SEDE VACANTE. In postica Sancti Ecclesiae cathedralis wirceburgensis tutelares repraesentantur, scilicet B. Virgo coronata, nubibus insidens, dextro brachio Christum infantem gerens, sinistra sceptrum, circa illam flectunt Sancti Kilianus Episcopus, Colomannus presbyter, et Totnanus diaconus, Sanctos hos ambiunt XII. insignia reliquorum p. t. capitularium, in quorum medio supra notatus est annus 1754. MADAI l. c. P. III. p. 201. n. 3403. Semuncialis eodem tempore cusus est, in cujus antica est idem cum superiore typus, in postica autem solus exstat S. Kilianus. MADAI l. c. III. *Forts.* p. 167. n. 6454.

3) Vacante A. 1779. sede post obitum Adami Friderici Episcopi bambergensis et wirceburgensis ex familia comitum de Seinsheim cusus fuit uncialis priori quoad omnia similis, nisi quod ratione anni et insignium capitularium p. t. facta sit mutatio; pariter cusus fuit semuncialis, qui semunciali de A. 1754. quoad formam et typos, exceptis solis insignibus et anno, est simillimus.

§. V.

De numis a Capitulis metropoliticis et cathedralibus in Germ. durante minorennitate Episcoporum cusis.

Saepius ob rationes utilitatis publicae, vel ut satisfiat magnorum principum desideriis postulantur minorennes Episcopi, qui etiam a Pontificibus quandoque solent confirmari; quod durante tali minorennitate Episcoporum ad Capitula cathedralia spectet administratio Episcopatuum tam in spiritualibus quam temporalibus, nemo infitias ibit. Quod igitur etiam durante minorennitate horum Episcoporum Capitula cathedralia in Germania administratorio nomine cudere quoque possint numos ad similitudinem tutorum principum secularium, quibus hoc jus tutorio nomine competit, *a*) probatur ex numis hactenus cusis: sic

1) Ca-

a) Numi unciales tutorum et administratorum, nec non tutricum Electorum aliorumque Principum secularium magno numero recensentur in MADAI *Thaler cabinet*, et quidem 1) Electorum Palatinorum Rheni P. I. n. 458. 461. 462. et 463. P. II. n. 2864. 2865. 2) Saxonicorum

1) Capitulum metropoliticum magdeburgense durante minorennitate administratoris Christiani Wilhelmi ab A. 1598 usque ad A. 1608. plurimos cudi curavit unciales singulis fere annis, talem de A. 1603. refert MADAI l. c. P. I. p. 238., in cujus antica cernitur insigne Episcopatus cum galea, in cujus vertice notatus est A. 1603 cum circumscriptione: MONETA ARCHIEPISCOPATUS MAGDEBURG., in postica apparet S. Mauritius cataphractus, dextra vexillum, sinistra scutum tenens, cui inserta est aquila imperialis cum epigraphe: SANCTUS MAURITIUS. Pariter

2) Decanus Otto comes Salmensis et Capitulum cathedralis argentoratensis A. 1632. cudi curarunt aureos durante minorennitate Leopoldi Wilhelmi Archiducis Austriae, Episcopi argentoratensis, qui tempore factae postulationis nonnisi sedecim fuerat annorum. Conf. *Monnoies en or.* p. 43. n. 4. J. TOB. KOEHLER *Ducatencabinet.* P. I. p. 515. n. 1663. In aurei hujus antica conspicitur B. Virgo, patrona Ecclesiae cathedralis argentoratensis sedens, annotato A. 1632., infra exstat insigne Episcopatus cum circumscriptione: MON *eta* NOVA EP. *iscopatus* ARGENT. *oratensis* CUSA, in postica exhibetur insigne Decani cum corona et continuata circumscriptione: A. *uctoritate* DD. *Dominorum* DEC. *ani*, ET CAP. *ituli* TAN. *quam* AD. *ministratorum* EIUS. Nec etiam desunt exempla, quod et Capitula sede ob bella impedita cudi curarint numos, et quidem auctoritate Capituli metropolitici magdeburgensis durante obsidione civitatis magdeburgensis A. 1551. probabilius percussi sunt aurei quadrati castrenses anepigraphi cum imagine S. Mauritii. Conf. KOEHLER in *den Münzb.* P. XVII. p. 241. *b)*

---

rum P. I. n. 516. P. III. n. 5267. P. IV. n. 5400. et seq. n. 5478. n. 5678. n. 6287. 3) Principum Brunswico-Lüneburgicorum mediae lineae P. I. n. 1083. 4) Landgraviorum Hassiae P. I. n. 1259. P. II. n. 3738. 3749. 3748 et 6638. 5) Principum Badeno-Durlacensium P. II. n. 3501. 6) Marchionum Brandenburgicorum lineae Anspacensis. P. I. n. 1070. P. II. n. 3542. 7) Ducum Saxo-Vinariensium, P. II. n. 3960. et seq. n. 3988. 8) Eisenacensium n. 3991. et seq. 9) Ducum Würtembergensium n. 1634. 1638. 1641. 1642. P. II. n. 4138. etc.

b) Numus quadratus castrensis (eine Klippe) notatu dignus, in quo etiam insigne Capituli cathedralis argentoratensis cernitur, occurrit inter unciales domus brandenburgicae. Conf. *Catalogue de monnoies* etc. p. 211. n. 6. et in JOACHIM *Neu eröffnetem Müntz-Cabinet* P. I. p. 67. tab. VI. n. 1. Est ille numus Joannis Georgii electi Episcopi argentoratensis protestantici, et Marchionis brandenburgici, fratris junioris Electoris brandenburgici Joannis Sigismundi; scilicet post mortem Joannis Episcopi argentoratensis ex familia comitum de Manderscheid, quae contigit 2 Maji A. 1592 discors facta est electio: capitulares p. t. partim fuere addicti religioni catholicae, partim lutheranae, hi Argentorati elegerunt Joannem Georgium Marchionem brandenburgicum, illi tabernis alsaticis elegerunt Carolum Cardina-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lem de Lotharingia, unde enatum est bellum inter electos; pro solvendis stipendiis militum Marchionis brandenburgici praedictus uncialis fuit cusus annotato A. 1592; offerunt se in hoc numo quadrato tria scuta: superius etiam quadratum est insigne memorati Joannis Georgii Marchionis brandenburgici, scutum illud in quatuor divisum est areas, in area prima exstat insigne Episcopatus argentoratensis, secunda sistit leonem insigne Burggraviatus norimbergensis, tertia aquilam brandenburgicam, quarta denique insigne Landgraviatus Alsatiae; duorum inferiorum scutorum primum exhibet insigne Capituli cathedralis argentoratensis, alterum autem insigne civitatis argentoratensis ad denotandum, quod hisce ultimis auxiliatoribus Episcopatum sibi velit vindicare. Verum praevaluit Carolus Cardinalis de Lotharingia, et Joannes Georgius brandenburgicus A. 1606 evasit Dux Carnoviensis in Silesia, et tandem A. 1616 magnus magister ordinis teutonici sonneburgensis: Luckius in *sylloge variorum numismatum* adduxit etiam minoris moduli numum praedicti Marchionis, qui pariter pro solvendis militum ejus stipendiis inserviit.

TANTUM.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

THESES EX UNIVERSO JURE.

1. *Practico* quidem usu caret, ast *doctrinalem* exhibet indagatio principii primi juris naturae.
2. Neoterica sententia sic dictorum fortium spirituum, pro *morte voluntaria* pugnans, stoicorum placita recoquens, risum potius quam refutationem meretur.
3. Fastus gentis (Nationalstolz) *praecellentiam* adfectans juri gentium universali adversatur.
4. Civitas ut *praeclarum* opus humanae *libertatis* contra extravagantes Rousseauvii aliorumque adsertiones defendi potest.
5. Nescit jus ecclesiasticum *universale*, utrum Ecclesia sit societas *aequalis*, num *inaequalis* inde nec *sedem* potestatis ecclesiasticae determinare potest; tamen
6. Ecclesiam ut societatem *in sua sphaera* penitus liberam et independentem agnoscit.
7. Mirifice *differunt* respublicae, in quas divisa Germania *unam monarchiam* efformat.
8. Theoriae Pütteri inter jura territorialia et caesari reservata limen statuenti vix fidendum est.
9. Extraordinarie deputandos per vota *promiscua* in comitiis nominandos esse analogia et observantia Imp. clare evincunt.
10. Tres sunt causae, quae ex legibus Imp. *jus eundi in partes* fundant; at quid postremo per *causas partium* intelligatur, in ancipiti relictum est.
11. Ut legitime itio in partes procedat: *utrobique unanimia* requiruntur.
12. Jus concedendi moratorium *fines territorii excedens* in Caesaris *reservatorum* numero est.
13. *Antiqua* privilegia caesarea hodiernum jus territorii legitime circumscribunt.
14. Utrum dominus territorii *fideles* officiales suos *pro mero humore* dimittere possit, quin aditus idcirco ad suprema Imp. tribunalia pateat? ... Adfirmativa magis ad sententias aulae adulatorias referenda est.
15. Qui munus publicum obit, illud pro *semper* non obiisse censendus est.
16. Potestas Episoporum *immediate* a Deo data, *aequalis*, *absoluta* et *illimitata* est, salvo tamen *primatus* honore & jurisdictione.
17. *Sistema* sic dictum *papale* vix hodie *citra* montes *sanum* patronum inveniet.
18. *Libertas* conscientiae per *imperium sacrum* in conscientiam multum lucratur.
19. Nulla existit ex parte nationis germanicae obligatio *absoluta* ad servanda concordata, multo minus ad solvendas annatas.
20. Sanctiones pontificiae *recentiores* licet per delegatos pontificios in Germania promulgatae in se fine placeto Episcoporum nihil auctoritatis important.
21. Capitula cathedralia Germ. *sede vacante* tum in profana territorii et comitialia, quum in sacra canonum jura *jure ipso* succedunt.
22. Sistema *collegiale* inventum hujus seculi est, hinc leges Imp. *antiquiores* ad ejus gustum non sunt attemperandae, --- quae potius sistemati sic dicto *territoriali* superstructae sunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

23. Rejiciendum eſt principium *novatorum*: jurisdictionem ſupr. Imp. tribunalium non magis fundari in cauſis eccleſiaſticis proteſtantium, ac ea in cauſis eccleſ. catholicorum conſiſtit.

24. Quodcunque privilegium *non uſu* 10. *annorum* exſpirat.

25. Contra filiumf. *ex mutuo* debentem jure *compenſare* et *retinere* creditor poteſt.

26. Poſſeſſio non eſt ſpecies *juris in re*, tamen ad *jus rerum* pertinet.

27. Mora quidem in emphyteuſi *eccleſiaſtica* non vero *ſeculari* per celerem ſatisfactionem purgari poteſt.

28. Actioni publicianae non obeſt *ſuperveniens* mala fides.

29. Qui *negatoria* agit actione, adeo contra *quaſi poſſeſſorem* ſervitutis probandi onere liber eſt.

30. Fratribus et ſororibus *tam uni - quam bilateralibus* debetur legitima in caſu praelationis turpis perſonae.

31. Uſuras *anticipare* non licet, -- eae tamen *indiſtincte ultra alterum tantum* ex jure germanico currere poſſunt.

32. Ex jure *communi* nullum datur jus retractus *legale*.

33. In ſucceſſione feudali proximitas gradus non a *primo adquirente*, ſed ab *ultimo poſſeſſore* repetenda eſt.

34. Inveſtituram eventualem jus *reale* tribuere, argumenta Saxonum non evincunt.

35. *Agnatus* domini feudalis non tenetur *expectativas* anteceſſoris explere.

36. Dominus feudalis non poteſt per clauſulas literis inveſtituraе inſertas expectato dominium nec poſſeſſionem nec jura realia conferre.

37. *Tortura* non eſt medium *idoneum* eliciendi veritatem.

38. Ultra *ſuprema* imp. tribunalia certe *ſupremius* juſtitiae tribunal quaeri non poteſt *in comitiis*, -- ad ea tamen *recurſus* quandoque juſtificatur.

39. Prior inſinuatio, non prius decretum, parit praeventionem, ſi eadem cauſa coram duobus ſupr. Imp. trib. ventiletur.

40. Directorium *ſubſidiarium* in ſenatibus camerae imperialis aſſeſſori abſolute primo *ſemper* uti olim, ita et hodie ex noviſſ. imp. concluſo de 1775. indubie vindicandum eſt.

FINIS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

23. Rejiciendum eſt principiun . tribunalium non ma-
gis fundari in cauſis eccle is eccleſ. catholicorum
conſiſtit.

24. Quodcunque privilegium *n*

25. Contra filiumf. *ex mutuo* d ditor poteſt.

26. *Poſſeſſio* non eſt ſpecies *ju*

27. Mora quidem in emphyten rem ſatisfactionem pur-
gari poteſt.

28. Actioni publicianae non ob

29. Qui *negatoria* agit actione, tis probandi onere li-
ber eſt.

30. Fratribus et ſororibus *tam* a in caſu praelationis
turpis perſonae.

31. Uſuras *anticipare* non licet *n tantum* ex jure ger-
manico currere poſſunt.

32. Ex jure *communi* nullum da

33. In ſucceſſione feudali proxin ed ab *ultimo poſſeſſore*
repetenda eſt.

34. Inveſtituram eventualem ju on evincunt.

35. *Agnatus* domini feudalis n plere.

36. Dominus feudalis non pote ſertas expectato domi-
nium nec poſſeſſionem nec

37. *Tortura* non eſt medium *id*

38. Ultra *ſuprema* imp. tribunal eri non poteſt *in co-*
mitiis, — ad ea tamen *recu*

39. Prior inſinuatio, non prius n cauſa coram duobus
ſupr. Imp. trib. ventiletur.

40. Directorium *ſubſidiarium* in abſolute primo *ſem-*
per uti olim, ita et hodie ex vindicandum eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf